nūc de hebreia min id ē v̄ba dierū iter
ꝑtatꝰ ſū idcirco feci ut inextricabi
les moras ⁊ ſiluā noīm q̄ ſcripto
rū ꝯfuſa ſūt vicio ſenſuūq; barbari
ne aptiꝰ ⁊ p v̄ſuum cola digererē
michimetipi ⁊ meis: iux̄ iſmeniuz
canēs ſi aures ſurde ſūt ceteroꝝ.

Explicit plogꝰ. Incipit lib paralipomenō. Ca. p.

A. Adam ſeth enos caynan malaleel iared enoch matuſale lamech noe ſem chā et iafeth. Filij iafeth: gomer magog madai ⁊ iauan thubal moſoch thiras. Porro filij gomer: aſcenē ⁊ riphat et thogorma. Filij autē iauan: eliſa ⁊ tharſis cethim ⁊ dodanim. Filij

B. chā: chus ⁊ meſraim phut ⁊ chanaan. Filij autē chus: ſaba ⁊ euila ſabatha ⁊ regma ⁊ ſabatha ca. Porro filij regma: ſaba ⁊ dadā. Chus autē genuit nēroth. Iſte cepit eſſe potēs in terra. Meſraim vero genuit ludim ⁊ anamim ⁊ laabim ⁊ nepthuim phetruſimq; ⁊ chaſluim de quibꝰ egreſſi ſūt philiſtijm ⁊ capthurim. Chanaā vero genuit ſydonem ꝑmogenitum ſuū ethenumq; ⁊ iebuſeū ⁊ amorreum ⁊ gergeſeum eueūq; et aracheum ⁊ aſineum aradiūq; ⁊ ſa

C. mareū ⁊ ematheū. Filij ſem: elam ⁊ aſſur ⁊ arfaxad ⁊ lud ⁊ aram. Filij aram: hus ⁊ hul et gether ⁊ mes. Arfaxad autē genuit ſale q̄ ⁊ ipſe genuit heber. Porro heber nati ſunt duo filij nomē vni phalech quia ī diebꝰ eius diuiſa eſt terra et nomē fratris eius iectan.

Iectan autē genuit elmodad et ſaleph ⁊ aſormoth ⁊ iare adurā quoq; ⁊ vzal ⁊ decla. ebal etiā ⁊ abimael ⁊ ſaba nec nō ⁊ ophir

D. ⁊ euila ⁊ iobab. Omēs iſti filij iectā. Sem arfaxad ſale heber phalech ragau. ſeruch nachor thare abram iſte ē abrahā. Filij autē abraham: iſaac ⁊ iſmahel. Et hee generatiōes eoꝝ. Primogenitus iſmahelis nabaioth ⁊ cedar ⁊ abdehel ⁊ mabſan ⁊ maſma ⁊ duma maſſa adda ⁊ thema iachur naphis cedma. Hij ſunt filij iſmahelis. Filij autē cethure concubine abrahā quos genuit: zamrā iecſan madan madian ieſboc ⁊ ſue

E. Porro filij iecſan: ſaba ⁊ dadan. Filij autē dadan: aſurim ⁊ lathuſim ⁊ loomim. Filij autē madiā: epha ⁊ epher ⁊ enoch ⁊ abida ⁊ eldaa. Omēs hij filij cethure. Generauit autē abrahā iſaac cuiꝰ fuerūt filij eſau ⁊ iſrl. Filij eſau: eliphaz rahuel iehus ielon chore. Filij eliphaz: theman. omar. cephi. gothā cenē. thāna. amalech. Filij rahuel: naath zara ſā

F. ma meza. Filij ſeir: lothā ſobal ſebeō. ana. diſō. eſer. diſan. Filij lothā: horri. ahohimā. Soror āt lothā fuit thāna. filij ſobal: aliā ⁊ manaath ⁊ ebal ⁊ ſephi onā. Filij ſebeō: ah aia ⁊ ana. filij ana: diſō. filij diſō hamarā ⁊ eſebā ⁊ iethrā ⁊ charrā. filij eſer: balaā et zaban ⁊ iachā. filij diſā: vs ⁊ arā. Iſti ſūt r̄ges q̄ īpauerūt ī t̄ra edō anteq̄ eēt rex ſup filios iſrl. Bale filiꝰ beor ⁊ nomē ciuitatis eiꝰ denaba. Mortuus eſt autem bale ⁊ regnauit pro eo iobab filiꝰ ſare de boſra

Cūq̧ ⁊ iobab fuiſſet mortu⁹· reg
uit ꝓ eo huſan de terra themano
rū· Obijtq̧ ⁊ huſā ⁊ regnauit ꝓ
eo adad filius badad q̄ pcuſſit
madian in terra moab ⁊ nomen
ciuitatis ei⁹ auith· Cūq̧ ⁊ adad
fuiſſet mortu⁹· regūit ꝓ eo ſemla
de maſreca· Sed ⁊ ſemla mortuus
ē ⁊ regūit ꝓ eo ſaul de rooboth q̄
iuxta amnē ſita ē· Mortuoq̧ ſaul
regnauit ꝓ eo balaana fili⁹ acho
bor· Sꝫ ⁊ hic mortu⁹ ē ⁊ regnauit
ꝓ eo adad cui⁹ vrbis nomē fuit
phau ⁊ appellata eſt vxor ei⁹ me
hetabel filia matred filie mezaab
Adad āt mortuo: duces ꝓ regibꝫ
ī edō ce̅ cepe̅t· dux thāna· dux al
ua· dux iethet· dux oolibama· dux
hela· dux phinon· dux cenē· dux
themā· dux mapſar· dux magdi
hel· dux hiram· Hij duces edom·

Filij aūt iſr̄l rubē Ca. ij.
ſymeon leui iuda iſachar
⁊ zabulō· dā ioſeph beniamin· ne
ptali gad ⁊ aſer· filij iuda· her au
nā ⁊ ſela· hij tres nati ſūt ei de filia
ſue chananitidis· Fuit aūt her p̄
mogenitus iuda malus corā do
mino ⁊ occidit eū· Thamar aūt
nurus eius pepit ei phares ⁊ zara
Oēs ḡ filij iuda quinq̧· Filij aūt
phares eſrom ⁊ amul· Filijq̧ za
re· zamri et ethan ⁊ emā· chalcal
q̧ ⁊ darda ſimul qnq̧· Filij char
mi achar qui turbauit iſr̄l ⁊ pec
cauit in furto anathematis· Filij
ethan azarias· Filij aūt eſrom q̄
nati ſūt ei ieāmehel ⁊ ram et calu
bi hic ē caleph· Porro rā genuit
aminadab· aminadab autem ge
nuit naaſon principē filiorꝫ iuda
Naaſōq̧ genuit ſalma de q̄ ortus
eſt booz· Booz vero genuit obed
qui ⁊ ipſe genuit iſai· Iſai autē ge
nuit p̄mogenitū heliab· ſecūdum
abinadab· tertiū ſymmaha· quā
tū nathanahel· qītū raddai· ſex
tū aſon· ſeptimū dauid· quorꝫ ſo
rores fuerūt ſaruia et abigail· Fi
lij ſaruie abiſai ioab ⁊ aſahel tres
Abigail autē genuit amaſa· cui⁹
pr̄ fuit gether iſmahelites· Caleb
vero fili⁹ eſrom accepit vxorē no
mie azuba de qua genuit ierioth
Fuerūtq̧ filij eius iaſer ⁊ ſobab
⁊ ardon· Cūq̧ mortua fuiſſet azu
ba accepit vxorē caleb ephrata
que pepit ei vr· Porro vr genuit
vri et vri genuit beſelehel· Poſt
hec ingreſſus eſt eſrom ad filiā
machir p̄ris galaad ⁊ accepit eā
cū ee̅t ānorꝫ ſexaginta Que pepit
ei ſegub ꝭ et ſegub genuit iair et
poſſedit vigintitres ciuitates ī ter
ra galaad· Cepitq̧ geſſur ⁊ aran
oppida iair ⁊ canath et viculos
eius ſexaginta ciuitatū Omēs iſti
filij machir p̄ris galaad· Cū aūt
mortu⁹ ee̅t eſrom· ingreſſus ē ca
leb ad ephrata Habuitq̧ eſrom
vxorē abia que pepit ei aſſur pa
trē techue· Nati ſūt aūt filij iera
mehel p̄mogeīti eſrom ram p̄mo
genitus ei⁹ ⁊ buna ⁊ aram ⁊ aſō
⁊ achia· Duxitq̧ vxorē alterā ie
ramehel nomie atthara que fuit
mat̄ onā· Sed ⁊ filij ram p̄moge
niti ieāmehel fuerūt moos ioamin
⁊ achar· Onam aūt habuit filios
ſemei ⁊ iadā· Filij autē ſemei na
dab ⁊ abiſur· Nomē vero vxoris
abiſur abiahil q̄ pepit ahobban
⁊ molid· Filij aūt nadab fuerūt
ſaled ⁊ apphaim· Mortuus ē aūt

ſaled abſqꝫ liberis. Filiꝰ vero ap
phaim ieſi. q̃ ieſi genuit ſeſā. Por
ro ſeſan genuit athalai. Filij aūt
iadai fratris ſemei iether ⁊ iona
thā. Sꝫ ⁊ iether mortuꝰ ē abſqꝫ li
beris. Porro ionathā genuit pha
lech ⁊ ziza. Iſti fuerūt filij ierame
hel ꝑmogeniti eſrom. Seſan autē
non habuit filios ſꝫ filias ⁊ ſuū
egiptiū nomīe ieraa. Deditqꝫ ei fi
liā ſuaꝫ vxorem q̄ peperit ei ethei.
Ethei autēꝫ genuit nathan: ⁊ na
than genuit zabad. Zabad q̃ꝫ ge
nuit ophal ⁊ ophal genuit obed.
Obed gēuit iehu. iehu gēuit aza
riā. Azarias gēuit helles: ⁊ helles
genuit belaſa. Helaſa gēuit ziza
moy. zizamoy genuit ſellū. Sellū
genuit ithamā: ithamā aūt ge
nuit eliſama. Filij aūt caleb frīs
ierameheł: meſa ꝑmogenitꝰ eius
ipſe eſt prīcipꝫ filij mareſa patris
hebron. Porro filij hebron chorē ⁊
taphua ⁊ recē ⁊ ſāma. Sāma aūt
genuit raam prēm iercthaā: et re
cēꝫ genuit ſēmei. filiꝰ ſemmei ma
on: ⁊ maon prī bethſur. Epha āt
ꝯcubina caleb pepit aran ⁊ muſa
⁊ gezez. Porro aran genuit gezez
filij iahaddai regom ⁊ ioathan
⁊ geſā phalech ⁊ epha ⁊ ſaaph
Concubina caleb maacha pepit
ſaber ⁊ tharana. Genuit aūt ſa
aph prī madmēa ſue prēꝫ mach
bena ⁊ prēm gabaa. filia vero ca
leb fuit achſa. Hij erāt filij caleb
filij vr ꝑmogeīti ephrta: ſobal prī
cariathiarī. ſalma pat̄ bethleē. a
riph prī bethgader. Fuerūt āt filij
ſobal. prīs cariathiarī q̄ videbat
dimidiū reqeconū ⁊ de cogñōe ca
riathiarī. iethrei ⁊ aputhei et ſe
mathei ⁊ maſerei. Ex hijs egreſſi
ſūt ſaraite et eſthaolite. Filij ſal
ma: bethleē ⁊ nethophati corone
domꝰ iacob ⁊ dimidiū reqecōis ſa
rai. Cogñōes q̃ꝫ ſcribarū hītātiū i
iabes canētes atqꝫ reſonātes ⁊ in
tabnacul' ꝯmorātes. Hij ſūt cinei
q̄ venerūt de calore prīs domus re
chab. Ca. iij.

DAuid vēo hos habuit filios
q̄ ei nati ſūt ī hebrō. Prioge
nitū āmon ex achinoā iſrahelit
de. ſcđm daniel de abigail carmeli
tide. tertiū abſalō filiū maacha fi
lie ptholomei regis ieſſur. qrtum
adoniā filiū aggith. qntū ſapha
ciā ex abithal. ſextū iethrahā de
egla vxore ſua. Sex ḡ nati ſūt ei ī
hebrō vbi regnuit ſeptē ānis ⁊ ſex
mēſibꝰ. Triginta āt ⁊ tribꝰ ānis
regnuit ī ihrl'm. Porro ī ihrl'm na
ti ſūt ei filij ſymmaa ⁊ ſobab ⁊ na
thā ⁊ ſalomō q̄tuor de bethſua fi
lia ammiel. Iebaar q̃ꝫ ⁊ heliſua ⁊ eli
phaleth ⁊ noge ⁊ napheg et ia
phie necnō eliſama ⁊ eliade ⁊ eli
phaleg nouē. Oēs hij filij dauid
abſqꝫ filijs ꝯcubinaꝝ hūerūtqꝫ ſo
rorē thamar. filiꝰ āt ſalomōis ro
boā cuiꝰ abia filiꝰ genuit aſa. De
hoc q̃ꝫ natꝰ ē ioſaphat prī iorā q̄
iorā gēuit oziā: ex q̄ ortꝰ ē ioas ⁊
huiꝰ amaſias filiꝰ gēuit azariam
Porro azarie filiꝰ ioathā ꝓcreauit
achā prēꝫ ezechie de q̄ natꝰ ē ma
naſſes. Sꝫ manaſſes gēuit āmō
prēꝫ ioſie. Filij āt ioſie fuerūt prio
geītꝰ iohānā. ſecūdꝰ ioakim. ter
tius ſedechias. qrtus ſellū. De io
akim natus eſt iechonias ⁊ ſede
chias. Filij iechōie fuerūt aſir. ſa
lathiel. melchirā. phadaia ſēne
ſer ⁊ iecemia ſama ⁊ nadabia. De
phadaia orti ſūt zorobabel ⁊ ſemei

Zorobabel genuit moſollā ana
niā ⁊ ſalomith ſororem eoꝝ·aſa
bāqꝫ ⁊ ohol et barachiam ⁊ aſa
diam ioſabeſeth qnqꝫ· Filius au
tē ananie phaltias pr̄ ieſeie cuiꝰ
filiꝰ raphaia· Huiuſqꝫ filius ar
nau de q̄ natus eſt obdia cuius
filiꝰ fuit ſechenias· Filiꝰ ſechenie
ſemeia·cuiꝰ filij attus ⁊ iegaal ⁊
baria ⁊ naaria et ſaphat et ſeſa
ſex numero· Filiꝰ naaie elioenai
⁊ ezechias ⁊ ezricaz tres· Filij eli
oenai ꝯduia ⁊ heliaſub ⁊ pheleia
⁊ accub ⁊ iohannan ⁊ dalaia et
⁊ anan ſeptem· Ca·iiij·

Filij iuda phaēs eſrō ⁊ chā
mi ⁊ vr et ſobal· Rahia vero
filius ſubal genuit iaad de quo
nati ſūt ahumai ⁊ laad· Hee cog
nationes ſarathi· Iſtaqꝫ ſtirps
ethā ieſrahel ⁊ ieſema ⁊ iedebos·
Nomenqꝫ ſororis eoꝝ aſalel phu
mi· Phumiel autē pr̄ gedor ⁊ eſer
pr̄ oſa· Iſti ſunt filij vr p̄mogeni
ti ephrata prīs bethleem· Aſſur
vero prīs thecue erāt due vxores
alaa ⁊ naara· Pepit āt ei naara
oozā ⁊ epher ⁊ themani ⁊ aaſtal
Iſti ſūt filij naara·porro filij alaa
ſereth yſaar ⁊ ethnā· Chus aūt
genuit anob ⁊ ſoboba et cogna
tionē aharel filij arū· Fuit autē
iabes inclitus p̄ fratribus ſuis et
mr̄ eius vōuit nomē illius iabes
dicēs· qꝛ peperi eū in dolore· Inuo
cauit ḡ iabes deū iſrahel dicēs· Si
benedicens bn̄dixeris m̄ ⁊ dilata
ueris terminos meos ⁊ fuerit ma
nus tua mecū ⁊ feceris me a mali
tia nō opprimi· Et preſtitit deus q̄
p̄catus eſt· Caleph autē frat̄ ſuꝰ
genuit machir q̄ fuit pr̄ eſthon·
Porro eſthon genuit bethrapha
⁊ pheſſe ⁊ tehinna prēz vrb̄ naas
Hij ſunt viri recha· Filij aūt cenē
othoniel ⁊ ſaraia· Porro filij otho
niel athat ⁊ maonathi· Maona
thi genuit ophra· Saraias autē
genuit ioab prēm vallis artificū
Ibi quippe ārtifices erant· Filij ve
ro caleph filij iephone hir ⁊ hela
⁊ nahem· Filijqꝫ hela cenē Filijqꝫ
ialel eziph ⁊ zipha thiria ⁊ aſra
hel· Et filij eſra iether ⁊ mereth ⁊
epher ⁊ iahalō· Genuitqꝫ mariā
⁊ ſāmai ⁊ ieſba prēm eſthamo·
Vxorqꝫ eiꝰ indaia peperit iareth
prēm gedor ⁊ heber prēm zocho ⁊
ichutiel prēm zanoa· Hij autē fi
lij bithie filie pharaonis quā ac
cepit mered et filij vxoris odaie
ſororis nahan prīs ceilacarmi ⁊
eſthamo qui fuit de machati· Fi
lijqꝫ ſymon amona ⁊ rinna filius
anā ⁊ thilon et filij ieſi zoeth et
benzoeth· Filij ſela filij iude· her
pat̄ lecha ⁊ laada pr̄ mareſa et
cognacōnes domus opantiū biſ
ſum in domo iuramēti ⁊ qui ſtare
fecit ſolē: viriqꝫ mendacij et ſecu
rus ⁊ incedēs qui pn̄cipes fuerūt
in moab ⁊ que reuerſe ſūt in lehē
Hec aūt verba vetera· Hij ſunt fi
guli habitantes in plātationibꝰ
⁊ in ſepibꝰ apud regē in opibus
eiꝰ ꝯmoratiqꝫ ſūt ibi· Filij ſymeō
namuel et iamin iarib zara ſaul·
Sellū filiꝰ eiꝰ mapſā filiꝰ eiꝰ maſ
ma filiꝰ eiꝰ· Filij maſma amuhel
filius eiꝰ zachur filius eiꝰ ſemei
filius eiꝰ· Filij ſemei ſedecī ⁊ filie
ſex· Fratres autē eius nō habue
runt filios multos ⁊ vniūſa cog
tio nō potuit adeq̄re ſūmā filioꝝ

iuda· Hitauerūt autē i berſabee ⁊
molada ⁊ haſarſual ⁊ i ballaa ⁊
in aſoma in tholad ⁊ i bathuel ⁊
in orma ⁊ in ſiceleg ⁊ in bethmar
chaboth ⁊ i aſarſuſaſim ⁊ i beth
berai et i ſaarim· Hec ciuitates eo
rū vſq; ad regē dauid villeq; ea
rū ethā et aen remona thocen et
aſan ciuitates q̄nq; ⁊ vniūſi viculi
eoꝝ p circuitū ciuitatū iſtaꝝ vſq;
ad baal· Hec ē hitatio eoꝝ et ſe
diū diſtribucō· Moſobab q̄q; et ie
lech et ioſa filiꝰ amaſie ⁊ iohel ie
hu filiꝰ ioſabie filij ſaraie filij aſi
hel ⁊ elioenai ⁊ iacoba ⁊ iſuaia ⁊
aſaia ⁊ adihel ⁊ iſimihel ⁊ banaia
ziza q̄q; filiꝰ ſephei filij allō· filij ida
ia· filij ſemri· filij ſamaia: iſti ſunt
noīati pn̄cipes in cog̃cōibꝰ ſuis
⁊ in domo affinitatū ſuarū multi
plicati ſūt vehemēt· Et pfecti ſunt
ut ingrederent i gador vſq; ad ori
entē vallis ⁊ ut quererēt paſcua
gregibꝰ ſuis· Inuenerūtq; paſcu
as vberes ⁊ valde bonas ⁊ terraꝫ
latiſſimā ⁊ quietā ⁊ fertilē i qua
añ hitauerant de ſtirpe chā· Hij
ergo venerūt quos ſup̄ deſcripſi
mꝰ nominatī in diebꝰ ezechie r̄gis
iuda ⁊ pcuſſerūt tabnacula eoꝝ
⁊ hitatores q̄ inuēti fuerāt ibi et
deleuerūt eos vſq; ad pn̄tē diem
hitauerūtq; p eis q̄m vberrias pa
ſcuas ibidē repererūt· De filijs q̄q; ſy
meō abierūt in mōtē ſeir viri q̄n
gēti: hn̄tes pn̄cipes phalthiā et
naariā ⁊ raphiā ⁊ ozihel filiꝰ ieſi
⁊ pcuſſerūt reliq̄as q̄ euadere po
tuerāt amalechitaꝝ ⁊ hitauerūt
ibi p eis vſq; ad diē hāc ¶ Ca· v·
Filij q̄q; ruben priogeniti iſrł
ipſe q̄ppe fuit p̄mogenitꝰ eiꝰ
ſed violaſſz thorum pris ſui data
ſūt priogenita eiꝰ filijs ioſeph fi
lij iſrł ⁊ non eſt ille reputatꝰ in p̄
mogenituz· Porro iudas q̄ erat
fortiſſimꝰ inter frēs ſuos de ſtirpe
eiꝰ principes germiati ſūt· primo
genita autē reputata ſūt ioſeph·
Filij ergo ruben p̄mogeniti iſrł:
enoch ⁊ phallu eſrom ⁊ charmi
Filij iohel: ſamaia filiꝰ eius· gog
filiꝰ eiꝰ· ſemei filiꝰ eiꝰ· micha filiꝰ
eius· rechia filius eiꝰ· baal filius
eius· beera filiꝰ eius quē captiuū
duxit theglatfalaſar rex aſſirioꝝ
⁊ fuit princeps i tribu ruben Fra
tres autē eiꝰ ⁊ vniuerſa cog̃cō eiꝰ
q̄n nūerabātur p familias ſuas
hūerūt pn̄cipes iehihel ⁊ zachariā
Porro bala filiꝰ azaz filij ſāma fi
lij iohel: ipſe habitauit in aroer vſ
q; ad nebo ⁊ beelmeon· Contrā ori
entalem quoq; plagam hitauit
vſq; ad introitum heremi ⁊ fluuī
um eufraten Multū quippe iumē
torum numerū poſſidebāt in ter
ra galaad In diebꝰ autē ſaul p̄li
ati ſūt cōtra agarenos ⁊ interfece
runt illos: habitauerūtq; p eis i
tabernaculis eorū in ōni plaga q̄
reſpicit ad orientē galaad· Filij
vero gad e regiōe eoꝝ hitauerūt
in terra baſan vſq; ſelcha· iohel
in capite ⁊ ſaphā ſecūdꝰ· ianai āc
⁊ ſaphat in baſan· Frēs vero eo
rum ſm domos cog̃cōnū ſuaꝝ: mi
chael ⁊ moſollā ⁊ ſebe ⁊ iori ⁊ ia
chā ⁊ zie ⁊ heber ſeptē· hij filij abi
ahil: filij vri filij iara filij galaad
filij michael filij ieſeſi filij ieddo fi
lij bū· Frēs q̄q; filij abdihel filij gūi
pn̄cipes domꝰ i familijs ſuis ⁊ hita
uerūt i galaad ⁊ i baſā ⁊ i vicul' eiꝰ

⁊ in cūctis ſuburbanis ſaron vſqȝ
ad terminos. Omēs hij numerati ſūt
in diebus ioathan regis iuda et
in diebꝰ ieroboaz regis iſrł. Filij
ruben ⁊ gad ⁊ dimidie tribꝰ ma
naſſe viri bellatores ſcuta portan
tes ⁊ gladios ⁊ tendētes arcū eru
ditiqȝ ad prelia q̄draginta q̄tuor
milia et ſeptingētiſexaginta ꝓce
dentes ad pugnā. dimicauerunt
ꝯtra agarenos. ithurei vero et na
phei et nodab p̄buerūt eis auxi
liū. tradititqȝ ſunt in manꝰ eoꝝ
agareni ⁊ vniūſi qui fuerāt cum
eis. ꝙ deū inuocauerūt cū p̄liarē
tur et exaudiuit eos eo ꝙ crediſ
ſent in eū. Ceperūtqȝ oīa q̄ poſſe
derāt cameloꝝ qn̄qȝgintamilia et
ouiū ducēta qn̄qȝgītamilia. aſiōs
duomilia ⁊ aīas hoīm cētūmilia
Vulneāti āt m̄lti corruerūt. fuit eī
bellū dn̄i. Habitaueruntqȝ ꝓ eis
vſqȝ ad trāſmigracōnē. Filij qȝ di
midie tribꝫ manaſſe poſſederunt
terram a finibꝰ baſan vſqȝ baal
hermon ⁊ ſanir ⁊ montē hermon
Ingens q̄ppe numerꝰ erāt. Et hij
fuerant pn̄cipes domꝰ ꝯgnacōis
eoꝝ. efer ieſi ⁊ helihel ezrihel ⁊ ihe
remia ⁊ odoia et iedihel viri fortiſ
ſimi ⁊ potentes ⁊ noīati duces in
familijs ſuis Reliquerūt aūt deū
patꝝ ſuorū ⁊ fornicati ſunt poſt
deos pp̄loꝝ terre quos abſtulit
dn̄s corā eis ⁊ ſuſcitauit dn̄s iſrł
ſpm̄ phul regis aſſyrioꝝ ⁊ ſpm̄
theglatfalaſar regis aſſur et trā
ſtulit rubē ⁊ gad ⁊ dimidiā tribū
manaſſe ⁊ adduxit eos in ale ⁊ i
abor ⁊ ara ⁊ fluuiū goſā vſqȝ ad
diē hanc. Ca. vi.

Filij leui gerſō caath ⁊ merari. Fi
lij caath amram yſaar hebron ⁊
ozihel. Filij amram aaron moy
ſes ⁊ maria. Filij aaron nadab ⁊
abiu eleaſar et ythamā. Eleazar
genuit finees ⁊ finees genuit abi
ſue. Abiſue vero genuit bocci et
bocci genuit ozi. Ozi genuit zara
iaz et zaraias genuit meraioth.
Porro meraioth genuit amariā
⁊ amarias genuit achitob. achi
tob genuit ſadoch ⁊ ſadoch ge
nuit achimaas. achimaas genu
it azariā. azarias genuit iohānā
Iohannā genuit azariā. Ipſe eſt
qui ſacerdotio functꝰ eſt in domo
quā edificauit ſalomō in ihr̄lm
Genuit aūt azarias amariam ⁊
amarias genuit achitob. Achi
tob genuit ſadoch ⁊ ſadoch ge
nuit ſellū. Selluz genuit helchiā
⁊ helchias genuit azariā. Azaias
genuit zaraiaz ⁊ zaraias genuit
ioſedech Porro ioſedech egreſſus
eſt quādo tranſtulit dn̄s iudā ⁊
iheruſalē p manꝰ nabuchodono
ſor. Filij ḡ leui gerſō caath ⁊ me
rari. Et hec nomina filioꝝ gerſon
lobni ⁊ ſemei. Filij caath amraȝ
⁊ yſaar et hebron et ozihel. Filij
merari mooli ⁊ muſi. Hee autem
ꝯgnacōnes leui ſm̄ familias eoꝝ
Gerſon lobni filius eiꝰ. iaath fi
lius eius. zāma filius eius. ioaa
filius eiꝰ. addo filius eius. zara fi
lius eius. iethrai filius eius Filij
caath. aminadab filius eius cho
re filius eiꝰ. aſir filius eius. helca
na filius eiꝰ. abiaſaph filius eiꝰ
aſir filius eiꝰ. caath filius eius.
vriel filiꝰ eiꝰ. ozias filiꝰ eiꝰ. ſaul fi
liꝰ eiꝰ Filij helcana amaſai ⁊ achi
moth et helcana. Filij helcana

ſophai filiꝰ eiuſ· naath filiꝰ eiuſ
heliab filiꝰ eius· iheroā filiꝰ eius·
helcana filiꝰ eius· Filij ſamuel: p̄
mogenitꝰ vaſſeni ⁊ abia· Filij āt
merari: mooli· lobni filiꝰ eius· ſe
mei filiꝰ eius· oza filiꝰ eiꝰ· ſamaa
filiꝰ eiꝰ· aggia filiꝰ eiꝰ· aſaia filiꝰ
eius· Iſti ſunt quos cōſtituit da
uid ſup cātores domꝰ dn̄i ex quo
collocata ē archa ⁊ miſtrabāt co
ram tabnaculo teſtimonij canen
tes donec edificaēt ſalomō domū
dn̄i in iheruſalē· Stabāt autē iux̄
ordinē ſuū in miniſterio· Hij vero
ſūt qui aſſiſtebāt cū filijs ſuis de
filijs caath: hemā cātor filiꝰ iohel
filij ſamuel· filij helcana· filij iero
az· filij helihel· filij thou· filij ſuph
filij helcana· filij iohel· filij maath
filij amaſai· filij helcana filij iohel
filij azarie· filij ſophonie· filij tha
ath· filij aſir· filij abiſaph· filij
chorē· filij yſaar· filij caath· filij le
ui· filij iſrl': ⁊ frēs eiꝰ aſaph q̄ ſta
bat a dextris eiꝰ aſaph filiꝰ bara
chie· filij ſamaa· filij michael· fi
lij baſaie· filij melchie· filij atha
nai· filij zara· filij adaia· filij ethā
filij zāma· filij ſemei· filij ieth· filij
gerſon· filij leui· Filij aūt merari
frēs eorū ad ſiniſtram ethā filij
chuſi· filij abdi· filij moloch· filij
aſabie· filij amaſie· filij helchie· fi
lij amaſai· filij boni· filij ſomer· fi
lij mooli· filij muſi· filij merari· fi
lij leui· Frēſqꝫ eorū leuite q̄ ordia
ti ſūt in cunctuz miniſteriū tabna
culi domꝰ dn̄i· Aarō vero ⁊ filij eiꝰ
adolebāt incenſū ſup altare holo
cauſti ⁊ ſup altare thimiamatis·
in ōne opus ſācti ſcōꝝ ⁊ ut preca
rent̄ p iſrl' iux̄ ōnia que p̄ceperat

moyſes ſeruus dei· Hij ſūt aūt fi
lij aaron· Eleazar filiꝰ eius· finees
filiꝰ eiuſ· abiſue filiꝰ eius· bocci fili
us eiꝰ· ozi filiꝰ eius· zaraia filius
eiꝰ· meraioth filiꝰ eius· amaria fi
liꝰ eiꝰ· achitob filiꝰ eius· ſadoch
filiꝰ eius· achimaas filiꝰ eius· Et
hec hitacula eorū per vicos atqꝫ
cōfinia filioꝝ ſcz aaron iux̄ cogn̄ci
ones caathitarū· Ipſis eni̅ ſorte
cōtigerant· Dederūt igit̄ eis hebrō
in terra iuda ⁊ ſuburbana eiꝰ per
circuitū: agros autem ciuitatis et
villas caleph filio iephone· Por
ro filijs aaron dederūt ciuitates ad
cōfugiendū hebrō ⁊ lobna ⁊ ſub
urbana eiꝰ iether qꝫ ⁊ eſthemo cū
ſuburbanis ſuis· ſꝫ ⁊ helona dabir
cū ſuburbanis ſuis: aſan qꝫ ⁊ beth
ſemes ⁊ ſuburbana eaꝝ· De tribu
autē beniamī gabee ⁊ ſuburbana
eiꝰ ⁊ almath cū ſuburbanis ſuis·
anathot qꝫ cuz ſuburbanis ſuis·
Omēs ciuitates tredecī p cognacōes
ſuas Filijs autē caath reſiduis de
cognacōe ſua dederūt ex dimidia
tribu manaſſe in poſſeſſionez vr
bes decem· Porro filijs gerſon per
cognacōes ſuas de tribu yſachar
⁊ de tribu aſer ⁊ de tribu neptali
⁊ de tribu manaſſe ī baſan vrbeſ
tredecī· Filijs autez merari p cogn̄
cōnes ſuas de tribu ruben ⁊ de tri
bu gad ⁊ de tribu zabulon· dede
rūt ſorte ciuitates duodecī· Dede
rūtqꝫ filij iſrl' leuitis ciuitates et
ſuburbana eaꝝ· Dederūtqꝫ p ſortez
ex tribu filioꝝ iuda ⁊ ex tribu fili
oꝝ ſymeō ⁊ ex tribu filioꝝ beniami
vrbes has q̄s vocauerūt noībꝰ ſuis
⁊ hijs q̄ erant ex cognacōe filioꝝ ca
ath· Fueruntqꝫ ciuitates ī finis eoꝝ:

de tribu ephraim. Dederūt ꝗ̃ eis vrbes ad ↄfugiēdū ſichē cū ſbur baīs ſuis ī mōte ephraī et gaſer cū ſburbaīs ſuis. iecmaā q̄ꝫ cū ſub urbaīs ſuis ⁊ bethoron ſimilit̄ nec nō ⁊ helon cū ſuburbanis ſuis ⁊ gethremon in eundē modū. Porro ex dimidia t̄bu manaſſe aner ⁊ ſuburbana eius. balaaz et ſub urbana eius. hijs videlicet qui de cognatiōe filioꝝ caath reliqui erant. Filijs aūt gerſon de ↄgna tione dimidie tribꝫ manaſſe gau lon in baſan ⁊ ſburbana eius et aſtharoth cuꝫ ſuburbanis ſuis. De tribu yſachar. cedes cū ſubur banis ſuis ⁊ dabereth cū ſburba nis ſuis. ramoth q̄ꝫ ⁊ ſuburbana ei9 ⁊ anē cū ſuburbanis ſuis. De tribu vero aſer maſal cū ſburba nis ſuis ⁊ abdon ſimilit̄. aſach q̄ꝫ et ſuburbana ei9. roob cū ſubur banis ſuis. Porro de tribu nepta lim cedes in galilea ⁊ ſuburbana eius. Amon cuꝫ ſuburbanis ſuis et cariathim et ſuburbana eius. Filijs autem merari reſiduis. de tribu zabulō remono ⁊ ſuburba na ei9 ⁊ thabor cum ſuburbanis ſuis. Trans iordanē q̄ꝫ ex adūſo iericho contr̄ orientē iordanis de tribu rubē boſor in ſolitudineꝫ cū ſuburbanis ſuis ⁊ iaſſa cum ſub urbanis ſuis. cademoth quoq̄ꝫ ⁊ ſburbana ei9 ⁊ miphaath cum ſburbanis ſuis. necnō ⁊ de tribu gad. ramoth in galaad ⁊ ſubur bana ei9 ⁊ manaim cū ſuburba nis ſuis. ꝫ ⁊ eſebon cū ſuburbaīs ſuis ⁊ iezer cum ſuburbanis ſuis.

Porro filij yſachā ¶ Ca. vij. thola ⁊ phua iaſub ⁊ ſimeron q̄tuor. Filij thola ozi ⁊ raphaia ⁊ ierihel ⁊ iemai ⁊ iepſez ⁊ ſamuel p̄ncipes p̄ domos cogn̄tionū ſuaꝝ. De ſtirpe thola viri fortiſſimi nu merati ſūt in diebꝫ dauid viginti duomilia ſexcēti. Filij ozi iſrahia de quo nati ſūt michael ⁊ obadia ⁊ iohel et ieſia quinq̄ꝫ oēs p̄ncipes cū eis p̄ familias ⁊ p̄plos ſuos ac cincti ad p̄liū viri fortiſſimi: trigi taſexmilia. Multas enī habuerūt vxores ⁊ filios. Fratres q̄ꝫ eoꝝ per oēm ↄgnacōeꝫ yſachar robuſtiſ ſimi ad pugnādū octogitaſeptē milia numerati ſūt. Filij beniamin bale ⁊ bechor ⁊ iadihel tres. Filij bale eſbō ⁊ ozi ⁊ ozihel ⁊ ierioth ⁊ vrai quinq̄ꝫ: p̄ncipes familiaꝝ ⁊ ad pugnādū robuſtiſſimi. Nu merus aūt eoꝝ vigintiduomilia et trigītaq̄tuor. Porro filij bechor zamira ⁊ ioas ⁊ eliezer et helioe nai ⁊ āri ⁊ ierimoth ⁊ abia ⁊ ana thot ⁊ almathā. Oēs hij filij bo chor. Numerati ſūt āt p̄ familias ſuas p̄ncipes cognacōnum ſuaꝝ ad bella fortiſſimi vigintimilia ⁊ ducēti. Porro filij iadihel balan. Filij āt balan iheus et beniamin ⁊ ahot ⁊ chanana ⁊ iothā ⁊ thā ſis ⁊ haiſaar. Omēs hij filij iadi hel p̄ncipes ↄgnationū ſuaꝝ viri fortiſſimi decem ⁊ ſeptēmilia ⁊ du centi ad preliū p̄cedentes. ſephā q̄ꝫ ⁊ haphan filij hir et aſim filij aer. Filij autē neptalim iaſihel ⁊ guni ⁊ aſer ⁊ ſellū filij bala. Por ro filij manaſſe eſrihel ↄcubina q̄ꝫ ei9 ſiā p̄pepit machir p̄rēꝫ galaad Machir autē accepit vxorē filijs ſuis happhim ⁊ ſephā et habuit ſororē noīe maacha Nomen aūt

ſecūdi ſalphaat. Natæq; ſunt ſal
phaat filie. Et pepit maacha vx
or machir filiū vocauitq; nomen
ei⁹ phares. Porro nomē frīs eius
ſares ⁊ filij ei⁹ vlam ⁊ recen. Fili
us autē vlam bedan. Hij fuīt filij
galaad: filij machir: filij manaſ
ſe. Soror autē eius regina: peperit
virum decorū ⁊ abiezer ⁊ moola.
Erant autē filij ſemida ahim ⁊ ſe
chez ⁊ leci ⁊ aniā. Filij autē ephrē
im ſuthala: barech fili⁹ eius. tha
ath fili⁹ eius. elada fili⁹ eius. tha
ath filius eius: ⁊ huius filius za
dab ⁊ hui⁹ filius ſuthala ⁊ hui⁹
fili⁹ eſer ⁊ elad. Occiderūt autem
eos viri geth indigne q2 deſcēde
rant ut inuaderent poſſeſſiōes eo
rū. Luxit igit̄ ephraim pr̄ eorum
multis dieb; ⁊ venerūt frēs eius
ut ꝯſolarētur eū. Ingreſſuſq; eſt
ad vxorē ſuā que ꝯcepit ⁊ peperit
filium ⁊ vocauit nomē ei⁹ beria.
eo q2 in mal' domus eius ortus eſ
ſet. Filia autē eius fuit ſara q̄ edi
ficauit bethorō inferiorē ⁊ ſuperio
rem ⁊ ozēzara. Porro filius eius
rapha ⁊ reſeph ⁊ thale: de quo
natus eſt thaan q̄ genuit laadā
Huiuſq; filius āmiud q̄ genuit
eliſama de quo ortus ē nun: q̄ ha
buit filiū oſue. Poſſeſſio autem
eorū ⁊ habitacō bethel cū filiab⁹
ſuis ⁊ cōtra orientē noran: ad oc
cidētalem plagā gazer ⁊ filie ei⁹
ſichem q̄q; cū filiab⁹ ſuis vſq; aſa
cum filiab⁹ eius: iuxta filios q̄q;
manaſſe bethſan ⁊ filias ei⁹ tha
nac ⁊ filias eius mageddo ⁊ fili
as eius dor ⁊ filias ei⁹ In hijs hi
tauerūt filij ioſeph. filij iſrl'. Filij
aſer: iemna ⁊ ieſua ⁊ iſui ⁊ baria

⁊ ſara ſoror eorū. Filij autē baria
heber ⁊ melchiel. Ipſe ē pat̄ bar
ſaith. Heber aūt genuit iephlat
⁊ ſomer ⁊ iothā ⁊ ſuaa ſororem
eorū. Filij iephlat phoſech ⁊ cha
maal ⁊ aſoph. Hij filij iephlat.
Porro filij ſomer: ahi ⁊ roaga et
iaba ⁊ aram. Filij autē helem frīs
ei⁹: ſupha ⁊ iēna ⁊ ſelles ⁊ amal.
Filij ſupha: ſue arnapher ⁊ ſual
⁊ beri ⁊ iāra boſor ⁊ od ⁊ ſāma ⁊
ſaluſa ⁊ iethran et bera. Filij ge
ther: iephōe ⁊ phaſpha ⁊ ara. Fi
lij āt olla: aree ⁊ anihel ⁊ rēſia Oēs
hij filij aſer: pn̄cipes cognōnū ele
cti atq; fortiſſimi duces ducū. Nue
r⁹ āt eorū etatis q̄ apta eſſ; ad bel
lū: viginti ſex milia. Ca. viij.
Beniamin autem genuit bale
p̄mogenitū ſuum: aſbal ſe
cundū. ahara terciū. noaha q̄rtū
⁊ rapha quītū. Fueruntq; filij ba
le addar ⁊ gera ⁊ abiud: abiſue
q̄q; ⁊ nemā ⁊ ahoe ſed ⁊ gera ⁊ ſe
phuphā ⁊ vram. Hij fuīt filij ahod
pn̄cipes cognacionū habitantiū in
gabaa q̄ trāſlati fuīt in manath.
Noomā aūt ⁊ achia ⁊ gera ipſe
trāſtulit eos ⁊ gēuit oza ⁊ ahiud
Porro ſaarahim genuit in regio
ne moab: poſtq̄ dimiſit vſim et
bara vxores ſuas. Genuit aūt de
odes vxore ſua iobab ⁊ ſebia et
moſa ⁊ molchom ieh⁹ q̄q; ⁊ ſethia
⁊ marmach. Hij fuīt filij ei⁹ pn̄ci
pes i familijs ſuis. Mehuſim vēo
gēuit achitob ⁊ elphaal Porro fi
lij elphaal heber ⁊ miſaā ⁊ ſamad
Hic edificauit ono ⁊ lod ⁊ filias
eius. Bara autē ⁊ ſāma pn̄cipes
cognacōnū habitantiū in ahia
lon. hij fugauerūt hitatorēs geth

Et haio ⁊ ſeſac ⁊ iherimoth et za
badia ⁊ arod ⁊ heder. michaelq̄ꝫ
et ieſpha ⁊ ioaa filij baria. Et za
badia ⁊ moſollaʒ ⁊ ezeci ⁊ heber
⁊ eſamari ⁊ ieſlia ⁊ iobab filij el
phaal. Et iacim et zechri ⁊ zabdi
et helioenai ⁊ ſelethai ⁊ heliel et
adaia ⁊ baraia ⁊ ſamarath filij
ſemei. Et ieſphan ⁊ heber ⁊ heliel
⁊ abdon ⁊ zechri ⁊ hanan ⁊ ana
nia ⁊ ailaʒ et anathothia ⁊ ieph
daia et phanuel filij ſeſac. Et ſā
ſari ⁊ ſooria ⁊ otholia ⁊ ierſia he
lia ⁊ zechri filij ieroā. Hij patriar
che ⁊ ꝯgnationū pn̄cipes qui ha
bitauerunt in ihrl̄m. In gabaon
aūt habitauerūt abigabaon et
nomē vxoris eius maacha. filiuſ
qꝫ eiꝰ p̄mogenituſ abdon ⁊ fur ⁊
cis ⁊ baal ⁊ nadab. Gedurq̄ꝫ et
ahio ⁊ zacher ⁊ macelloth Et ma
celloth genuit ſamaa Habitaue
runtqꝫ ex aduͤſo fratꝝ ſuorū ī ihe
ruſalē cū fratribus ſuis. Ner aūt
genuit cis ⁊ cis genuit ſaul. Por
ro ſaul genuit ionathan et mel
chiſue ⁊ abinadab ⁊ heſbaal. Fi
lius aūt ionathā miribaal ⁊ mi
ribaal genuit micha Filij micha
phiton ⁊ melech ⁊ thara aham
et ahā genuit ioada ⁊ ioada ge
nuit almoth ⁊ aſmoth et zamri.
Porro zāri genuit moſa et moſa
genuit baana. cuius filiꝰ fuit ra
pha de quo ortus ē elaſa qui ge
nuit eſel. Porro eſel ſex filij fuerīt
hijs noībus. ezricā. bochru. iſma
hel. ſaria. abadia. anan. Omnes
hij filij eſel Filij aūt eſech fratriſ
eius vlam p̄mogenituſ ⁊ hus ſe
cundus ⁊ heliphaleth tertiꝰ. Fu
erūtqꝫ filij vlaʒ viri robuſtiſſimi
⁊ magno robore tendētes arcū et
multos hn̄tes filios ac nepotes.
vſqꝫ ad centūquīquagintamilia.
Om̄es hij filij beniamin. Ca. ix.
Uniuerſus ꝗ̄ iſrahel dinume
ratus ē ⁊ ſūma eorū ſcripta
eſt ī libro regū iſrahel ⁊ iuda. trāſ
latiqꝫ ſūt in babilonē ꝓpt̄ delictū
ſuū. Qui aūt habitauerīt prim in
poſſeſſionibꝰ ⁊ in vrbibꝫ ſuis iſra
hel Et ſacdotes ⁊ leuite et nathin
nei ꝯmorati ſunt in ihrl̄m de filijs
iuda ⁊ de filijs beniamin De filijſ
q̄ꝫ ephraim ⁊ manaſſe othei filiꝰ
amiud. filiꝰ emri. filij omrai. filij
bonni. De filijs phares filij iuda
⁊ de ſiloni aſaia p̄mogenitus ⁊ fi
lij eius. De filijs aūt zara. iehuel
⁊ fratres eorū ſexcentinonaginta
Porro de filijs beīamin. ſalo filiꝰ
moſollaʒ filij oduia filij aſana ⁊
iobama filius ieroā ⁊ helam filiꝰ
ozi filij mochori ⁊ moſollā filius
ſaphatie filij rahuel. filij iebanie
⁊ fratres eoꝝ p familias ſuaſ nō
gentiquinq̄gīnta ſex. Omnes hij
pn̄cipes ꝯgnationū p domos pa
trꝝ ſuoꝝ. De ſacerdotibꝰ aūt ieda
ia ioiarib ⁊ iachin azariaſq̄ꝫ filiꝰ
helchie filij moſollaʒ filij ſadoch
filij meraioth filij achitob pōtifex
domus dei. Porro adaias filius
ieroaʒ filij phaſor filij melchia ⁊
maaſia filiꝰ adihel filij iezra filij
moſollaʒ. filij moſollamoth filij
emmer. fratreſq̄ꝫ eoꝝ pn̄cipes per
familias ſuas milleſeptīgētiſexa
ginta fortiſſimi robore ad faciēdū
opus miniſterij ī domo dei. De le
uitis autē ſemeia filiuſ aſſub ⁊ fi
lij ezricā filij aſebia de filijs mera
ri. Bacbacharq̄ꝫ carpentarius et

galal ⁊ mathania filiꝰ micha· fi
lij zechri· filij aſaph ⁊ obdia· fili
us ſemeie· filij galal· filij ydithū·
⁊ barachia filiꝰ aſa· filij helcana
q̄ habitauit ī atrijs nethophati·
Janitores autē ſellū ⁊ achub et
thelmon ⁊ ahiman: ⁊ frater eoꝝ
ſellū prīceps: vſq; ad illud tēpꝰ ī
porta regis ad oriētē obſeruabāt
p vices ſuas de filijs leui· Sellum
vero filius chore: filij abiaſaph· fi
lij chore cū frībꝫ ſuis ⁊ domo prīs
ſui· Hij ſunt chorite ſup opera mi
niſterij: cuſtodes veſtibulorū tab
naculi ⁊ familie eoꝝ per vices ca
ſtrorū domī cuſtodientes introi
tū· Finees autē filiꝰ eleaſar erat
dux eorū corā dño· Porro zacha
rias filiꝰ moſollamia ianitor por
te tabernaculi teſtimonij· Oēs hij
electi in hoſtiarios p portas ducē
tiduodecī ⁊ deſcripti in vill̄ ꝓprijs
quos cōſtituerūt dauid ⁊ ſamu
hel videns in fide ſua tam ipōs q̄
filios eorū in oſtijs domꝰ domini
⁊ in tabernaculo vicibꝰ ſuis· Per
q̄tuor ventus erāt oſtiarij id eſt
ad orientē ⁊ ad occidētē ⁊ ad aq̄
lonē ⁊ ad auſtrū· Frēs autē eo
rū in viculis morabātur et veni
bant in ſabbatis ſuis de tempore
vſq; ad tempus· Hijs q̄tuor leui
tis creditus erat ōnis numerꝰ ia
nitorū et erāt ſup exedras ⁊ the
ſauros domꝰ dñi· Per gyrū q; tē
pli dñi morābant ī cuſtodijs ſuis
ut cū tēpꝰ fuiſſꝫ ipi mane aperirēt fo
res· De horꝝ grege erāt ⁊ ſup vaſa
miniſterij Ad numerꝝ eni ⁊ inferebāt
vaſa et efferebātur· De ipſ q̄ cre
dita hēbant vtēſilia ſāctuarij p̄e
rant ſimile ⁊ vino ⁊ oleo ⁊ thuri ⁊
aromatibꝰ· Filij aūt ſacerdotū vngē
ta ex aromatibꝰ cōficiebāt et ma
thatias leuites p̄mogenitus ſel
lū chorite p̄fectꝰ eorū q̄ in ſartagi
ne frigebantur· Porro de filijs ca
ath fratribꝰ eorū ſup panes erāt
ꝓpoſitōnis ut ſēp nouos p ſingu
la ſabbata p̄pararent· Hij ſūt prīci
pes cantorꝝ p familias leuitarū q̄
in exedris morabātur ita ut die
ac nocte iugiter ſuo miniſterio de
ſeruirent· Capita leuitarꝝ p famili
as ſuas prīcipes manſerūt in ihe
ruſalē· In gabaon autē cōmorati
ſūt pat̄ gabaon iahiel et nomen
vxoris eiꝰ maacha· Filiꝰ p̄mogeni
tus eiꝰ abdon ⁊ ſur et cis et baal
⁊ ner ⁊ nadab· gedor q; et ahio
⁊ zacharias ⁊ macelloth· Porro
macelloth gēuit ſemaan Iſti hita
uerūt e regiōe fratrū ſuorū in ihe
ruſalē cū frībꝰ ſuis· Ner aūt gēuit
cis: ⁊ cis gēuit ſaul· Et ſaul gēuit
ionathā ⁊ melchiſue ⁊ amiadab
⁊ eſbal· Filiꝰ aūt ionathā meriba
al: ⁊ meribaal gēuit micha· Por
ro filij micha: phiton ⁊ melech ⁊
thara ⁊ ahā· Ahā aūt gēuit iara ⁊
iara gēuit alamath ⁊ azmoth ⁊
zāri· Zamri aūt genuit moſa: mo
ſa vero gēuit baana cuiꝰ filius ra
phaia genuit elaſa: de q̄ ortus ē
eſel Porro eſel ſex filios hūit hijs
noībꝫ: ezricā bochru iſmahel ſaia
obdia anā· hij filij eſel·

Ca· x·

Philiſtijm aūt pugnabāt cōtra iſrl
et fugerūtq; viri iſrl paleſtinos et
ceciderūt vulnerati in monte gel
boe· Cūq; appropinquaſſent
philiſtei perſequētes ſaul ⁊ filios
eius percuſſerunt ionathan et ai
nadab et melchiſue filios ſaul·

Et aggrauatū ē pliū ɔtra ſaul· In
uenerūtqꝫ eū ſagittarij ⁊ vulneã
uerūt iaculis· Et dixit ſaul ad ar
migeꝝ ſuū· Euagina gladiū tuū
et inſfice me· ne forte veniāt incir
cūciſi iſti ⁊ illudāt m̄· Noluit aūt
armiger eiꝰ hoc facere: timore per
territus· Arripuit ḡ ſaul enſez et
irruit in eū· Qd cū vidiſſet armi
ger eiuſ videlicet mortuū eē ſaul·
irruit etiā ipē in gladiū ſuū ⁊ mor
tuus eſt· Interijt ḡ ſaul et tres fi
lij eiꝰ ⁊ oīs domus illius piter cō
cidit· Qd cū vidiſſent viri iſrahel
qui habitabāt in cāpeſtribus fu
gerunt ⁊ ſaul ⁊ filijs eiꝰ mortuis
dereliqrūt vrbes ſuas ⁊ huc illuc
qꝫ diſpſi ſunt· venerūtqꝫ philiſti
im ⁊ habitauerūt in eis· Die igit̄
altero detrahentes philiſtijm ſpo
lia ceſoꝝ· iuenerūtqꝫ ſaul ⁊ filios
eiꝰ iacentes in mōte gelboe· Cūqꝫ
ſpoliaſſent eū ⁊ amputaſſent ca
put: armiſqꝫ nudaſſent· miſerūt
in terrā ſuā ut circūferret̄ ⁊ oſtēde
ret̄ ydoloꝝ templ' ⁊ ppłis· Arma
aūt eius cōſecrauerūt in fano dei
ſui et corpꝰ affixerūt i templo da
gon· Hoc cū audiſſent viri iabeſ
galaad oīa ſcilicet q̄ philiſtijm
fecerāt ſup ſaul· ɔſurrexerunt ſin
guli viroꝝ fortiū ⁊ tulerunt cada
uera ſaul ⁊ filioꝝ eius· attulerūt
qꝫ ea i iabeſ ⁊ ſepelierūt oſſa eoꝝ
ſubt̄ quercū que eāt in iabes ⁊ ie
iunauerūt ſeptē diebꝫ· Mortuꝰ eſt
ḡ ſaul ꝓpt̄ iniq̄tates ſuaſ· eo ꝙ p̄
uaricatus ſit mandatū dn̄i qd̄ p̄
cepat ⁊ nō cuſtodierit illud· ſꝫ in
ſup etiā phitoniſſam conſuluerit
nec ſperauerit in domino ꝓpter qd̄
⁊ interfecit eum ⁊ trāſtulit regnū
eiꝰ ad dauid filiū yſai· Ca· xi·

Congregatꝰ eſt igit̄ oīs iſra
hel ad dauid i hebron dicēſ
Os tuū ſumuſ ⁊ caro tua· Heriqꝫ
⁊ nudiuſtertius cū adhuc regna
ret ſaul· tu eras qui educebas et
introducebas iſrahel· Tibi enim
dixit dn̄s deus tuꝰ· Tu paſces po
pulū meū iſrahel ⁊ tu eis pn̄ceps
ſup eū· Venerunt ḡ oēs maiores
natu iſrahel ad regez in hebron ⁊
iniȷt dauid cū eis fedus corā dn̄o·
Vnxerūtqꝫ eū regez ſup iſrl' iuxta
ſmonē dn̄i quez locutus ē in ma
nu ſamuhel· Abijtqꝫ dauid ⁊ oīs
iſrahel in ihr̄lm· Hec ē iebꝰ· vbi
erāt iebuſei habitatores terre· Di
xerūtqꝫ qui habitabāt i iebꝰ ad
dauid· Nō ingredieris huc· Por
ro dauid cepit arcē ſyon que eſt
ciuitas dauid· dixitqꝫ· Oīs qui p
cuſſerit iebuſeū in p̄mis erit prin
ceps ⁊ dux· Aſcendit igit̄ p̄mꝰ io
ab filius ſaruie ⁊ factꝰ ē pn̄ceps
Habitauit autē dauid in arce Et
idcirco appellata ē ciuitas dauid
Edificauitqꝫ vrbē i circuitu a mel
lo vſqꝫ ad gyrū· Joab autē reliq̄
vrbis extruxit· Profitiebatqꝫ da
uid vadēs ⁊ creſcēs et dn̄s exerci
tuū eāt cū eo· Hij pn̄cipes viroꝝ
fortiū dauid qui adiuuerūt eū ut
rex fieret ſup oēm iſrahel iuxͣ vbū
dn̄i qd̄ locutus ē ad iſrl' ⁊ iſte nu
merus robuſtoꝝ dauid· Jeſbaā
filius ahamoni· pn̄cepſ int̄ trigi
ta· Jſte leuauit haſtā ſuaz ſup tre
centos vulneratos vna vice· Et
poſt eū eleazar filius patrui eius
ahoites qui erat int̄ tres potētes·
Jſte fuit cū dauid in aphec domi
qn̄ philiſtijm congregati ſūt ad

locū illū in preliū. Et erat ager re-
gionis illiꝰ plenꝰ ordeo: fugit atq;
pplˢ a facie philistinorū. Hij ste-
terūt in medio agri ⁊ defenderūt
eū. Cūq; percussissent philisteos:
dedit dn̄s salutē magnā pplo suo
Descēderunt autē tres de triginta
pn̄cipibꝰ ad petrā in qua erāt da-
uid ad speluncā odollam qn̄ phi-
listijm fuerāt castrametati ī valle
raphaim. Porro dauid erāt in p̄si-
dio ⁊ statō philistiorꝫ in bethleē
Desiderauit igr̄ dauid ⁊ dixit. O si
q̄s darz m̄ aquā de cisterna beth-
leē q̄ ē ī porta. Tres ḡ isti p media
castr̄ philistiorū proruerūt ⁊ hau-
serūt aquā de cisterna bethleē que
erat ī porta ⁊ attulerūt ad dauid
ut biberet. Qui noluit ſ; magis liba-
uit illā dn̄o dicēs. Absit ut ī ɔspcū
dei mei hoc faciā ⁊ sāguinē virorū
istorꝫ bibā q̄ in piculo aīarū su-
arū attulerunt mihi aquā. Et ob
hanc causā noluit bibere. Hec fe-
cerūt tres robustissimi. Abisai q̄;
frāt ioab ipse erat pn̄ceps trium
⁊ ipse leuauit hastaz suam cōtra
trecētos vulneratos ⁊ ipe erāt inter
tres noīatissimꝰ inter tres secūdꝰ
inclitus ⁊ pn̄ceps eorūz. Verūtn̄
vsq; ad tres p̄mos nō puenerat.
Banaia filiꝰ ioiade viri robustissi-
mi q̄ multa opa pp̄trarat de cap-
sehel ipse percussit duos arihel mo-
ab. Et ipe descēdit ⁊ interfecit leo-
nem in media cisterna tpe niuis
⁊ ipe percussit virū egiptiū cuiꝰ sta-
tura erat quinq; cubitorū ⁊ habe-
bat lanceā ut liciatoriū texētiū.
Descendit igr̄ ad eū cū virga et
rapuit hastam quā tenebat ma-
nu ⁊ interfecit eū hasta sua. Hec fe-
cit banaia filiꝰ ioiade q̄ erat inter
tres robustos noīatissimꝰ inter tri-
ginta p̄mꝰ. Verūtn̄ ad tres vsq;
nō puenerat. Posuit autē eū da-
uid ad auriculaz suā. Porro fortis-
simi viri in exercitu asahel frater
ioab ⁊ eleanan filiꝰ patrui eiꝰ de
bethleē: sāmoth arodites. helles
ploites. iras filiꝰ acces thecuites.
abiezer anathotites. sobochai vza-
tites. ilaia hotites. marai neto-
phatites. heleth filiꝰ baana neto-
phatites. ethai filiꝰ ribai de gaba-
ath filiorꝫ beniamī: banaia pha-
ratonites. hurai de torrēte gaaz.
abiel arabathites. azmoth bau-
ramites. eliaba salabonites. filij as-
sen gezoni. ionathā filiꝰ saie ara-
rithes ahiā filiꝰ sachar araithes
eliphal filiꝰ vr: epher meherathi-
tes ahia phellonites. ezro carmeli-
tes. naarai filiꝰ azbi. iohel frāt na-
than. mibaar filiꝰ agarai. selech
āmonites. naarai berothites armi-
ger ioab filij saruie: iras iethreꝰ.
gareb iethreꝰ. vrias betheꝰ zabad
filiꝰ ooli. adyna filiꝰ sechar rube-
nites pn̄ceps rubenitarū ⁊ cū eo tri-
ginta. haanā filiꝰ macha ⁊ ioso-
phat mathanites. ozias astharo-
thites. sema ⁊ iahihel filij hothā
araorites. iedihel filiꝰ zāri ⁊ ioha-
fr̄ eiꝰ thosaites. helihel mahūites
⁊ ieribai ⁊ iosoia filij elnaem. et
iethma moabites. elihel ⁊ obeda
iasihel de masobia. Ca. xij.
Hij q̄; venerūt ad dauid ī siceleg
cū adhuc fugeret saul filiū cis
q̄ erāt fortissimi ⁊ egregij pugna-
tores tendētes arcū ⁊ vtrāq; manu fū-
dis saxa iacientes ⁊ dirigētes sa-
gittas. De fratribꝰ saul ex beniamī.

Princeps abiezer et ioas filij ſa
maa gabaatites ⁊ iaſihel ⁊ phal
leth filij aſmoth et baracha ⁊ ie
hu anathotites. ſamaiaſq̧ gaba
oītes. fortiſſim⁹ int̄ trigīta et ſup
trigīta. ieremias ⁊ iezihel ⁊ iohā
nan ⁊ iezabad gaderothites et
hizai ⁊ ieimuth ⁊ baalia ⁊ ſama
ria ⁊ ſaphatia araphites. Helca
na ⁊ ieſia ⁊ azrahel ⁊ ioezer ⁊ ieſ
baam de careim. ioelaq̧ et zaba
dia filij ioroam de gedor. Sed ⁊ de
gaddi trāſfugerūt ad dauid cū
lateret in deſ̄to viri robuſtiſſimi
⁊ pugnatores optimi tenētes cli
peū ⁊ haſtā. Facies eorū quaſi fa
cies leonis ⁊ veloces quaſi capree
in montib⁹. Ezer prīceps obdias
ſecūdus. eliab tertius. maſmana
quart⁹. ieremias qītus. ethi ſex
tus. heliel ſeptim⁹. iohannā octa
uus. helzebad non⁹. ieremias de
cim⁹. bachanai vndecim⁹. Hij de
filijs gad prīcipes exercitus. No
uiſſim⁹ centūmilib⁹ preerāt ⁊ ma
ximus mille. Iſti ſūt qui trāſierūt
iordanē menſe p̄mo qn̄ mūdare
cōſueuit ſup ripas ſuas et oēs fu
gauerūt q̄ morabant̄ in vallib⁹
ad orientalē plagā ⁊ occidentalē
Venerūt aūt ⁊ de beniamin et de
iuda ad preſidiū in q̄ morabat̄
dauid. Egreſſuſq̧ ē dauid obuiā
eis ⁊ ait. Si pacifice veniſtis ad me
ut auxiliemī m̄. cor meū iūgat̄ vo
bis. Si aūt inſidiamī m̄ ꝓ adūſa
rijs meis cū ego iniq̄tatē in mani
bus nō habeā. videat deus patꝝ
noſtroꝝ ⁊ iudicet. Spūs vero do
mini induit abiſai prīcipē int̄ tri
ginta ⁊ ait. Tui ſum⁹ o dauid et
tecū fili iſai. Pax pax tibi ⁊ pax
adiutorib⁹ tuis. Te eñ adiuuet
deus tu⁹. Suſcepit ḡ eos dauid ⁊
ꝯſtituit prīcipes turme. Porro de
manaſſe trāſfugerūt ad dauid qn̄
veniebant cū philiſtijm adūſus
ſaul ut pugn̄ret ⁊ nō dimicauit cū
eis. q̄a inito ꝯſilio remiſerūt eū prī
cipes philiſtinoꝝ dicentes. Peri
culo capitis nr̄i reuertet̄ ad dn̄m
ſuū ſaul. Qn̄ igit̄ reuerſus ē in ſice
leg trāſfugerūt ad eū de manaſſe
ednas ⁊ ioſabab ⁊ iedihel et mi
chahel ⁊ ednas ⁊ ioſabath ⁊ he
liu ⁊ ſalathi. prīcipes militū i ma
naſſe. Hij p̄buerūt auxiliū dauid
adūſus latrūculos. Omēs eī erāt
viri fortiſſimi Et facti ſūt prīcipes
in exercitu. Sz et p ſingulos dies
veniebāt ad dauid ad auxilian
dū ei vſq̧ dū fieret grādis nume
rus quaſi exercitus dei. Iſteq̧ eſt
numerus prīcipū exercitus qui ve
nerūt ad dauid cū eēt in hebron
ut trāſferrent regnū ſaul ad eum
iux̄ vbū dn̄i. Filij iuda portantes
clipeū ⁊ haſtā ſexmilia octingen
ti expediti ad p̄liū De filijs ſymeō
viroꝝ fortiſſimoꝝ ad pugnādū
ſeptēmilia cētū. De filijs leui qua
tuormilia ſexcenti. Ioiadaq̧ prin
ceps de ſtirpe aaron ⁊ cū eo tria
milia ſeptīgēti. Sadoch etiā puer
egregie indol̄ ⁊ domus pr̄is eius
prīcipes viginti duo. De filijs aūt
beniamin fratrib⁹ ſaul triamilia
Magā eñ ps eoꝝ adhuc ſeq̄bat̄
domū ſaul. Porro de filijs ephra
im viginti milia octingēti fortiſſimi
robore viri noīati in ꝯgnatōib⁹
ſuis Et ex dimidia tribu manaſſe
decē ⁊ octo milia. ſinguli p nomi
na ſua venerūt ut ꝯſtituerent regē

dauid. De filiis q̄ȝ yſachar viri
eruditi q̄ nouerant ſingula tēpa
ad precipiendū q̄d facere deberet
iſrl' pn̄cipes ducēti. Om̄is autē re
liqua trib⁹ eoꝝ conſiliū ſeq̄bat.
Porro de zabulō q̄ egrediebātur
ad preliū ⁊ ſtabant in acie īſtru
cti armis bellicis quīquagīta mi
lia venerūt in auxiliū nō in corde
duplici. Et de neptalim principes
mille ⁊ cū eis inſtructi clipeo ⁊ ha
ſta triginta ⁊ ſeptē milia. De dan
etiā prepati ad preliū vigītiocto
milia ſexcenti. Et de aſer egredien
tes ad pugnā ⁊ in acie puocan
tes q̄draginta milia. Trans ior
danē autē de filiis ruben ⁊ de gad
⁊ dimidia parte trib⁹ manaſſe: ī
ſtructi armis bellicis. centū vigin
ti milia. Om̄es iſti viri bellatores
expediti ad pugnādū corde pfe
cto: venerūt in hebron ut ꝯſtitue
rēt regem dauid ſup vniūſū iſrl'.
Sed ⁊ om̄es reliqui ex iſrl' vno cor
de erant ut rex fieret dauid: fuerūt
q̄ȝ ibi apud dauid trib⁹ dieb⁹ co
medētes ⁊ bibētes. Prepauerāt ei
eis fr̄es ſui. Sed ⁊ q̄ iuxta eos erāt
vſq̄ȝ yſachar ⁊ zabulon ⁊ nepta
lim: afferebāt panes in aſinis et
camelis ⁊ mulis ⁊ bub⁹ ad veſcē
dum: farinā palatas vuā paſſā
vinū oleum boues arietes ad om
nem copiā. Gaudiū quippe erat
in iſrahel.

Ca. xiii.

Init autē conſiliū dauid cū tribu
nis ⁊ centurionib⁹ ⁊ vniuerſ pn̄
cipib⁹ ⁊ ait ad om̄em cetū iſrahel
Si placꝫ vobis ⁊ a dn̄o deo noſtro
egreditur ſermo quē loquor: mit
tam⁹ ad fr̄es noſtros reliquos ī
vniuerſas regiōes iſrl' ⁊ ad ſacer
dotes ⁊ leuitas q̄ habitant in ſb
urbanis vrbiū. ut ꝯgregent̄ ad
nos ⁊ reducam⁹ archā dei noſtri
ad nos. Non enī req̄ſiuimus eā
in dieb⁹ ſaul. Et rn̄dit vniūſa mł
titudo ut ita fieret. Placuerat enī
ſermo om̄i populo. Congregauit
ergo dauid cūctū iſrl' a ſyor egip
ti vſq̄ȝ dū ingrediaris emath: ut
adduceret archā dei de cariathia
rim. Et aſcēdit dauid et om̄is vir
iſrl' ad collem cariathiarim que
eſt in iuda ut afferret inde archā
dom̄i ſedentis ſup cherubin vbi ī
uocatū ē nomē eius. Impoſuerūt
q̄ȝ archam dei ſup plauſtꝝ nouū
de domo aminadab. Oza autē et
fr̄es eius minabant plauſtrum.
Porro dauid ⁊ vniuerſus iſrl' lu
debant corā deo om̄i virtute. in cā
ticis ⁊ in citharis ⁊ pſalteriis et
tympanis ⁊ cimbalis ⁊ tubis. Cū
autē puemiſſent ad aream chidō
tetēdit oza manū ſuam ut ſuſtēta
ret archam: bos q̄ppe laſciuiens
paululū inclinauerat eam. Irat⁹
eſt itaq̄ȝ dn̄s contra ozam ⁊ per
cuſſit eum eo q̄ tetigiſſet archā
⁊ mortu⁹ eſt ibi coram dn̄o. Con
triſtatuſq̄ȝ eſt dauid eo q̄ diuiſiſ
ſet dn̄s ozam: vocauitq̄ȝ locū illū
diuiſio oze vſq̄ȝ in pn̄tem diem.
Et timuit deum tūc tēporis dicēs.
Rūo poſſū ad me introducere ar
cham dei. Et ob hanc cauſā non
adduxit eam ad ſe hoc eſt ī ciui
tatem dauid ſed auertit in domū
obededom gethei. Manſit ergo ar
cha dei in domo obededom tribus
menſibus et benedixit dominus
domui eius ⁊ omnibus que habe
bat.

Capitulū. xiiii.

Miſitq; hyram rex tyri nūtios
ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊
artifices parietū lignorūq; ut edi
ficarent ei domū. Cognouitq; da
uid eo ꝙ ↄfirmaſſet eū dn̄s in re
gē ſup iſrahel ⁊ ſbleuatū ē regnū
ſuū ſup pplm eiꝰ iſrahel. Accepit
q; dauid alias vxores ī ihrl'm. ge
nuitq; filios et filias. Et hec noīa
eoꝝ qui nati ſūt in ihrl'm. Sāma
⁊ ſobab nathan ⁊ ſalomō iebar
⁊ eliſua eliphalech. nogaq; ⁊ na
pheg ⁊ iaphie eliſama ⁊ baliada
⁊ eliphaleth. Audiētes aūt phi
liſtijm eo ꝙ vnctus eēt dauid in
regē ſup vniūſū iſrahel: aſcenderūt
oēs ut q̄rerēt eū. Qđ cū audiſſet
dauid. egreſſus ē obuiā eis. Por
ro philiſtijm venientes diffuſi ſūt
in valle raphaim. Cōſuluitq; da
uid dn̄m dicēs. Si aſcendam ad
philiſteos ⁊ ſi trades eos in manu
mea? Et dixit ei dn̄s. Aſcende ⁊ trā
dā eos ī manu tua. Cūq; illi aſcē
diſſent in baalpharaſim. ꝑcuſſit
eos ibi dauid ⁊ dixit. Diuiſit deꝰ
inimicos meos ꝑ manū meā ſic
diuidunt̄ aque Et idcirco vocatū
eſt nomē loci illius baalphara
ſim. Dereliquerūtq; ibi deos ſuos
q̄s dauid iuſſit exuri. Alia etiam
vice philiſtijm irruerūt ⁊ diffuſi
ſūt in valle. Cōſuluitq; rurſū da
uid deū ⁊ dixit ei deꝰ. Nō aſcēdas
poſt eos. recede ab eis ⁊ venies cō
tra illos ex aduerſo piroꝝ Cūq; au
dieris ſonitū gradiētis ī cacumie
piroꝝ. tūc agredieris ad bellum
Egreſſus eſt eñ deus añ te ut per
cutiat caſtra philiſtijm. Fecit ḡ
dauid ſicut p̄cepat ei deus ⁊ ꝑcuſ
ſit caſtra philiſtinoꝝ de gabaon
vſq; gazeā. Diuulgatūq; ē nomē
dauid ī vniūſis regionibꝰ ⁊ dn̄s
dedit pauorē eiꝰ ſup oēs gentes.

Fecitq; ſibi domos Ca. xv.
in ciuitate dauid et edificauit
locū arche dei. tetēditq; ei taberna
culū. Tūc dixit dauid. Illicitū eſt
ut a quocūq; portet̄ archa dei. n̄
a leuitis quos elegit dn̄s ad por
tandū eā Et ad miniſtrādū ſibi
vſq; in eternū. Cōgregauitq; vni
uerſū iſrahel in ihrl'm ut afferret̄
archa dei ī locū ſuū quē prepara
uerat ei. necnon ⁊ filios aaron ⁊
leuitas. De filijs caath vrihel pn̄
ceps fuit ⁊ fratres eiꝰ ducēti vigi
ti. De filijs merari aſaia princeps
et fratres eiꝰ ducēti triginta. De fi
lijs gerſon. iohel et fratres eiꝰ cē
tū triginta. De filijs eliſaphan. ſe
meias p̄nceps ⁊ fratres eiꝰ ducē
ti. De filijs hebron. elihel p̄nceps
⁊ frēs eiꝰ octoginta. De filijs ozi
hel. aminadab p̄nceps ⁊ fratres
eiꝰ centū duodecī. Vocauitq; da
uid ſadoch ⁊ abiathar ſac̄dotes
⁊ leuitas vrihel aſaiā iohel ſeme
iā elihel ⁊ aminadab ⁊ dixit ad
eos. Vos qui eſtis p̄ncipes fami
liaꝝ leuiticaꝝ: ſāctificamī cū fra
tribꝰ vr̄is ⁊ afferte archā dn̄i dei
iſrl' ad locū qui ei preparatus eſt.
ne ut a p̄ncipio qr nō eātis preſē
tes ꝑcuſſit nos dn̄s. ſic ⁊ nūc fiat
illicitū quid nob a gentibꝰ. San
ctificati ſūt ḡ ſacerdotes ⁊ leuite.
ut portarent archā dn̄i dei iſrahel
Et tulerūt filij leui archā dei ſicut
p̄cepat moyſes iuxta v̂bū domī
humeris ſuis in vectibus. Dixitq;
dauid p̄ncipibꝫ leuitaꝝ ut ↄſtitu
erent de fratribꝰ ſuis cantores in

organis musicorū·nablis viꝫ et
liris ⁊ cimbalis ut resonarꝫ in ex
celsis sonitꝰ leticie·Cōstituerūtq;
leuitas heman filiū iohel ⁊ de fra
bꝰ eiꝰ asaph filiuꝫ barachie·de fi
lijs vero merari fribꝰ eorū:ethā
filiū asaie ⁊ cū eis frēs eoꝝ·In se
cūdo ordine zachariā ⁊ ben ⁊ iazi
hel ⁊ semiramoth ⁊ iehihel ⁊ ani
heliab ⁊ banaiā ⁊ maasiā ⁊ ma
thathiā ⁊ eliphalu ⁊ macemiā ⁊
obededom ⁊ iehihel ianitores·Por
ro cātores hemā:asaph ⁊ ethan:
ī cimbalis eneis cōcrepātes·Za
charias āt ⁊ ozihel ⁊ semiramoth
⁊ iahihel ⁊ ani eliab ⁊ maasias ⁊
banaias:in nablis archana can
tabant·Porro mathathias ⁊ eli
phalu ⁊ macenias ⁊ obededō ⁊ ie
hihel ⁊ ozaziu:ī cithaīs p octaua
canebāt epinichiō Choneias āt
pnceps leuitarū ꝓphetie p̄erat et
ad p̄cinēdaꝫ melodiaꝫ·Erat q̄p
pe valde sapiēs·Et barachias et
helcana ianitores arche·Porro se
beīas ⁊ iosaphat ⁊ nathanael ⁊
amasai ⁊ zacharias ⁊ banaias ⁊
eliezer sacerdotes clangebāt tub
corā archa dei ⁊ obededom ⁊ ahi
as erant ianitores arche·Igr̄ da
uid ⁊ ōnes maiores natu isrł ⁊ tri
buni ierūt ad deportādam archā
federis domi de domo obededō cū
leticia·Cūq; adiuuissꝫ deꝰ leuitas
qui portabāt archam federis do
mini imolabātur septē thauri et
septē arietes·Porro dauid erat ī
dutus stola bissina ⁊ vniūsi leui
te q̄ portabāt archaꝫ federis cāto
resq; ⁊ choneias pnceps ꝓphetio
inter cantores·Dauid autē indu
tus erat ephot lineo·Vniuersus
q; isrł deducebāt archā federis
dn̄i ī iubilo ⁊ sonitu buccine ⁊ tu
bis ⁊ cimbalis ⁊ nablis et citha
ris cōcrepantes·Cūq; puenisset
archa federis dn̄i vsq; ad ciuita
tē dauid michol filia saul ꝓspici
ens p fenestrā:vidit regē dauid
saltantē atq; ludentē ⁊ despexit eū
in corde suo·

Ca·xvi·

ATtulerūt igit̄ archā dei ⁊ cō
stituerūt eam ī medio taber
naculi qđ tetēdeāt ei dauid ⁊ ob
tulerūt holocausta ⁊ pacifica co
rā deo·Cūq; cōplesset dauid offe
rens holocausta ⁊ pacifica bn̄di
xit ꝓplo ī noīe dn̄i ⁊ diuisit vniūs
p singlos a viro vsq; ad mulierē
tortaꝫ panis ⁊ ptē asse carnis bu
bale ⁊ frixam oleo similā·Consti
tuitq; corā archa dn̄i de leuitis q̄
ministrarēt ⁊ recordarent operuꝫ
eiꝰ:⁊ glorificarēt atq; laudarent
dn̄m deum isrł:asaph pncipem ⁊
scđm eiꝰ zachariā·Porro iahihel
⁊ semiramoth ⁊ iehihel ⁊ matha
thiaꝫ ⁊ eliab ⁊ banaiā ⁊ obededō
Iehihel sup organa psalterij ⁊ li
ras·asaph autē ut in cimbalis p
sonaret·banaiā vero ⁊ azihel sac
dotes:canere tuba iugit coraꝫ ar
cha federis dn̄i·In illo die fecit
dauid pncipem ad ꝯfitēdū dn̄o
asaph ⁊ frēs eiꝰ Cōfitemi dn̄o ⁊ ī
uocate nomē eiꝰ nōs facite ī ꝓplis
adiuēcōes eiꝰ·Cātate ei ⁊ psallite
ei ⁊ narrate oīa mirābilia eiꝰ·lau
date nomē scm̄ eiꝰ letet cor q̄rētiū
dn̄m·Querite dn̄m ⁊ vtutē eiꝰ·q̄ri
te faciē eiꝰ sp·Recordami mirabi
liū eiꝰ q̄ fecit signorū illiꝰ ⁊ iuditi
orum oris eius·Semen israhel
serui eius:filij iacob electi eius·

Ipſe dñs deꝰ noſter in vniuſa tra
iudicia eiꝰ. Recordamini in ſépit
nũ pacti eiꝰ ſmõis quez precepit
i mille gñacões. Quẽ pepigit cũ
abrahaz ⁊ iuramẽti illius cũ yſa
ac. Et ꝯſtituit illd iacob ĩ pceptũ
et iſrahel in pactũ ſempiternũ di
cens. Tibi dabo terrã chanaan ꝫ
funiculũ hereditatis vre. Cũ eẽnt
pauci numero pui ⁊ coloni eius.
Et trãſierũt de gente in gentẽ ⁊ de
regno ad pplm alteꝝ. Nõ dimiſit
queq̃ calũniari eos. ſꝫ icrepauit
p eis reges. Nolite tangẽ criſtos
meos ⁊ ĩ pphetis meis nolite ma
lignari. Cãtate dño oĩs terra. an
nũtiate ex die in diẽ ſalutare eiꝰ.
Narrate in gentibꝰ gliaz eius et
in cũctis pplis mirãbilia eiꝰ. quia
magnus dñs ⁊ laudabil' nimis
et horribilis ſup oẽs deos. Oẽs ei
dij pploꝝ ydola. dñs aũt celos fe
cit. Cõfeſſio ⁊ magnificẽtia coraz
eo fortitudo ⁊ gaudiũ in loco eiꝰ.
Afferte dño familie pploꝝ. affer
te dño gloriã ⁊ imperiũ. date dño
gloriã nomĩ eiꝰ. Leuate ſacrifitiũ
⁊ venite in conſpectu eiꝰ Et adorãte
dñm in decorẽ ſãcto. Cõmoueat a
facie eiꝰ oĩs terra. ipſe enĩ fũdauit
orbẽ immobilẽ. Letent celi et exul
tet terra et dicãt in nacõibꝰ dñs
regnauit. Tonet mare ⁊ plenitu
do eius. exultẽt agri ⁊ oĩa que in
eis ſũt. Tũc laudabũt ligna ſal
tus coram dño. q2 venit iudicare
terrã. Cõfitemini dño qm̃ bonus
qm̃ ineternũ miſericordia eiꝰ. Et
dicite Salua nos deꝰ ſaluator nr̃
⁊ ꝯgrega nos ⁊ erue de gentibus
ut ꝯfiteamur noĩ ſãcto tuo ⁊ exul
temꝰ in carminibꝰ tuis. Bñdictꝰ
dñs deꝰ iſrl' ab eterno vſqꝫ in et
nũ ⁊ dicat oĩs pplus amẽ et ym
nũ deo. Dereliquit itaqꝫ ibi coraz
archa federis dñi aſaph ⁊ fratres
eiꝰ ut miniſtrarẽt in cõſpectu arche
iugit' p ſinglos dies ⁊ vices ſuas
Porro obededom ⁊ fratres eiꝰ ſexa
gintaocto ⁊ obededõ filiũ ydithũ
⁊ oſa cõſtituit ianitores. Sadoch
aũt ſacerdotẽ ⁊ fratres eiꝰ ſacdo
tes corã tabernaculo dñi in excel
ſo qd erat in gabaon ut offerrẽt
holocauſta dño ſuper altare holo
cauſtomatis iugit' mane ⁊ veſpe
iuxta oĩa que ſcripta ſunt in lege
dñi quã pcepit iſrli. Et poſt eum
heman ⁊ ydithun ⁊ reliquos ele
ctos. vnũquẽqꝫ vocabulo ſuo ad
ꝯfitendũ dño. qm̃ ineternũ miſe
ricordia eiꝰ. Hemanqꝫ ⁊ ydithũ
canẽtes tuba ⁊ quatiẽtes cimba
la ⁊ oĩa muſicoꝝ organa ad canẽ
dũ dño. Filios aũt ydithun fecit
eẽ portarios. Reuerſuſqꝫ eſt õnis
pplus ĩ domũ ſuã ⁊ dauid ut bene
dicẽt etiã domui ſue. ¶ Ca. xvij.

Cum aũt habitaret dauid ĩ
domo ſua. dixit ad nathan
pphetam Ecce ego habito in domo
cedrina. archa aũt federis dñi ſb
pellibꝰ ẽ. Et ait nathã ad dauid
Omnia q̃ ĩ corde tuo ſunt fac. Do
minꝰ enĩ tecuz eſt. Igit' nocte illa
factus ẽ ſmo dñi ad nathã dicẽs
Vade et loq̃re dauid ſeruo meo.
Hec dicit dñs. Non edificabis m̃
domũ ad habitãdũ. Neqꝫ enĩ mã
ſi in domo. ex eo tẽpe q̃ eduxi iſrl'
de terra egipti vſqꝫ ad diẽ hanc.
ſꝫ fui ſemp mutans loca taberna
culi ⁊ in tentorio manẽs cũ omni
iſrl'. Nũquid locutus ſũ ſaltẽ vni

iudiciū iſrł ꝗbꝰ precepam ut pa
ſcerent populū meū ⁊ dixi quare
non edificaſti mihi domuꝫ cedri
nam. Nūc itaqꝫ ſic loqueris ad
ſeruū meū dauid. Hec dicit dn̄s
exercituū. Ego tuli te cū ī paſcuis
ſequereris gregeꝫ ut eēs dux ꝑplī
mei iſrł ⁊ fui tecuꝫ quocūqꝫ ꝑrexi
ſti ⁊ interfeci ōnes inimicos tuos
corā te: feciqꝫ tibi nomē q̄ſi vniꝰ
magnoꝝ q̄ celebrātur ī terra. Et
ded locū ꝑplo meo iſrł. Plātabit
⁊ hītabit in eo ⁊ vltra nō ꝯmoue
bitur: nec filij iniq̄tatis atterent
eos ſicut a pn̄cipio: ex diebꝰ qbꝰ
dedi iudices populo meo iſrł et
hūiliaui vniuerſos inimicos tu
os. Annuntio ergo tibi ꝙ edifica
turꝰ ſit tibi dn̄s domū. Cūqꝫ iple
ueris dies tuos ut vades ad pa
tres tuos ſuſcitabo ſemē tuū poſt
te qđ erit de filijs tuis ⁊ ſtabiliaꝫ
regnum eiꝰ. Ipſe edificabit m̄ do
mū ⁊ firmabo ſoliuꝫ eius vſqꝫ in
eternū. Ego ero ei in pr̄em et ipſe
erit mihi in filiū ⁊ miſericordiam
meā nō auferā ab eo ſicut abſtu
li ab eo q̄ ante te fuit. Et ſtatuam
eū in domo mea ⁊ ī regno meo vſ
qꝫ in ſempiternū ⁊ thronꝰ eiꝰ erit
firmiſſimꝰ in ꝑpetuū. Iuxta ōnia
verba hec ⁊ iux̄ vniuerſā viſionē
iſtaꝫ ſic locutus ē nathan ad da
uid. Cūqꝫ veniſſet rex dauid ⁊ ſe
diſſet coram dn̄o dixit. Quis ego
ſum dn̄e deꝰ ⁊ que domꝰ mea ut ꝑ
ſtares mihi talia. Sed ⁊ hoc parꝫ
viſū eſt in cōſpectu tuo. Ideoqꝫ lo
cutus es ſup domū ſerui tui etiā ī
futurū ⁊ feciſti me ſpectabilē ſuper
ōnes hoīes. Dn̄e deꝰ meꝰ quid vl
tra addere poteſt dauid cum ita

glorificaueris ſeruū tuū ⁊ cogno
ueris eum. Dn̄e ꝓpter famulū tuū
iuxta cor tuū feciſti ōnem magni
ficentiā hanc ⁊ nota eſſe voluiſti
vniuerſa magnalia. Dn̄e nō ē ſi
milis tui ⁊ nō eſt alius deꝰ abſqꝫ
te ex omnibus quos audiuimus
auribꝰ noſtris. Quis enī eſt aliꝰ
ut populꝰ tuus iſrł. gens vna in
terra ad quā ꝑrexit deꝰ ut liberarꝫ
⁊ faceret populuꝫ ſibi ⁊ magnitu
dine ſua atqꝫ terroribꝰ eiceret na
cōes a facie eius quē de egipto li
berārat. Et poſuiſti populū tuuꝫ iſ
rahel tibi in populū vſqꝫ in eternū
⁊ tu dn̄e factus es deꝰ eius. Nunc
igitur dn̄e ſermo quē locutus es
famulo tuo ⁊ ſup domū eius ꝯfir
metur in ꝑpetuum ⁊ fac ſicut locu
tus es ꝑmaneatqꝫ et magnificet̄
nomē tuum vſqꝫ in ſempiternū ⁊
dicatur dn̄s exercituū deꝰ iſrł: et
domꝰ dauid ſerui eiꝰ ꝑmanēs co
ram eo. Tu enī dn̄e deus meꝰ reue
laſti auriculaꝫ ſerui tui ut edifica
res ei domū ⁊ idcirco inuenit ſer
uus tuꝰ fiduciam ut oret coraꝫ te.
Nunc ergo dn̄e tu es deus ⁊ locu
tus es ad ſeruum tuū tanta bn̄fi
cia ⁊ cepiſti bn̄dicere domui ſerui
tui ut ſit ſēp corā te. Te eī dn̄e bn̄
dicēte bn̄dicta erit ī ꝑpetuū.

FActū ē āt poſt hec. Ca. 18.
ut ꝑcutēt dauid philiſtijm
⁊ hūiliarꝫ eos ⁊ tollēt geth ⁊ fili
as eiꝰ de mān philiſtijm ꝑcutētqꝫ
moab ⁊ fierent moabite ſerui da
uid offerentes ei munera. Eo tpe
ꝑcuſſit dauid etiā adadezer re
gem ſoba regionis emath quan
do ꝑrexit ut dilataret imperium
ſuum vſqꝫ ad flumen eufraten.

Cepit ḡ dauid mille quadrigas
eiꝰ ⁊ ſeptē milia equitū ac viginti
milia viroꝝ peditū Subneruauit
qꝫ oēs equos curruū exceptis cē
tū q̄drigis q̄s reſeruauit ſibi. Sup
uenit aūt et ſyrus damaſcenꝰ ut
auxiliū preberet adadezer regi ſo
ba. Sed et huiꝰ pcuſſit dauid vi
gītiduomilia viroꝝ. Et poſuit mi
lites in damaſco ut ſyriaqꝫ ſerui
ret ſibi ⁊ offerret munera. Adiu
uitqꝫ dñs eū in cūctis ad que pre
xerat. Tulitqꝫ dauid pharetras
aureas quas habuerāt ſerui ada
dezer ⁊ attulit eas ī ihrl̄m. necnō
de thebath ⁊ chun: vrbibꝰ ada
dezer eris plurimū de quo fecit ſa
lomō mare eneū ⁊ colūnas ⁊ va
ſa enea. Qđ cū audiſſet thou rex
emath pcuſſiſſe videlicet dauid
oēm exercitū adadezer regis ſoba
miſit adurā filiū ſuū ad regē da
uid ut poſtularet ab eo pacē ⁊ cō
gratularet̄ ei eo ꝙ pcuſſiſſet ⁊ ex
pugnaſſet adadezer. Aduſarius
quippe erat thou adadezer. Sed ⁊
oīa vaſa aurea ⁊ argētea ⁊ enea
cōſecrauit dauid rex dño cū argē
to ⁊ auro qđ tulerāt ex vniūſis gē
tibus taꝫ de ydumea ⁊ moab ⁊ fi
lijs āmon q̄ꝫ de philiſtijm ⁊ ama
lech. Abiſai vero filius ſaruie p
cuſſit edom in valle ſalinaꝝ decē
⁊ octo milia ⁊ ꝯſtituit ī edō pſidiū
ut fieret ydumea dauid ſaluauit
qꝫ dñs dauid ī cūctis ad q̄ pexerāt
regnauit ḡ dauid ſup vniūſū iſrl̄ ⁊
faciebat iudiciū atqꝫ iuſticiā cūcto
pplo ſuo. Porro ioab filiꝰ ſaruie
erat ſup exercitū ⁊ ioſaphat filiꝰ
ahiluth a ꝯmentarijs. Sadoch
aūt filius achitob et abimelech
filiꝰ abiathar ſacerdotes ⁊ ſiſa ſcri
ba. Banaiaſqꝫ filius ioiade ſup le
giones cerethi ⁊ felethi. Porro fi
lij dauid pmi ad manū regis.

Accidit aūt ut mo- Ca. xix.
reret̄ naas rex filioꝝ āmon
⁊ regnaret anon filius eius p eo
dixitqꝫ dauid. Faciā miſericordiā
cū anon filio naas. Preſtitit eñi
mī pat̄ eiꝰ grāꝫ. Miſitqꝫ dauid nū
tios ad ꝯſolandū eū ſup mortem
pr̄is ſui. Qui cū puemiſſent ī terrā
filioꝝ ammō ut ꝯſolarent̄ anon
dixerūt pncipes filioꝝ ammō ad
anon. Tu forſitā putas ꝙ dauid
honoris cā in patreꝫ tuū miſerit q̄
cōſolarent̄ te. nec animaduītis ꝙ
ut explorēt ⁊ inueſtigēt ⁊ ſcrutēt̄
terrā tuaꝫ: venerint ad te ſerui eiꝰ.
Igit̄ anon pueros dauid decalua
uit ⁊ raſit ⁊ pſcidit tunicas eorū
a natibꝰ vſqꝫ ad pedes ⁊ dimiſit
eos. Qui cū abiſſent ⁊ hoc mādaſ
ſent dauid. miſit in occurſū eoꝝ.
Grandē eñi cōtumeliā ſuſtinuerāt
⁊ pcepit ut manerent in iherycho
donec creſceret barba eoꝝ ⁊ tunc
reūterent̄. Videntes aūt filij āmō
ꝙ iniuriā feciſſent dauid tā anō
q̄ꝫ reliquꝰ pplus. miſerūt mille ta
lēta argēti ut ꝯducerēt ſibi de me
ſopotamia et de ſyria maacha et
de ſoba currꝰ et equites. Cōduxe
runtqꝫ trigintaduomilia curruū
⁊ regē maacha cū pplo eius. Qui
cū veniſſent caſtrametati ſūt e regi
one medaba. Filijqꝫ āmon cōgre
gati de vrbibꝰ ſuis venerūt ad bel
lū. Qđ cū audiſſet dauid. miſit io
ab ⁊ omnē exercitū viroꝝ fortiuꝫ
Egreſſiqꝫ filij āmon direxerūt aciē
iuxta portā ciuitatis. Reges autē q̄

ad auxiliū eiꝰ venerāt ſepatim in
agro ſteterūt. Igr̄ ioab intelligēs
bellū ex adūſo ⁊ ptꝰ tergū cōtra ſe
fieri: elegit viros fortiſſiōs de vni
ūſo iſrl̄ ⁊ perexit cōtra ſyrū. Reliquā
āt partē ppl̄i dedit ſub manu abi
ſai frīs ſui ⁊ perexerunt cōtra filios
āmon. Dixitqȝ. Si vicerit me ſyrꝰ
auxilio eris m̄. ſi āt ſupauerit te fi
lij āmon ero tibi ī pſidiū. Cōfor
tare ⁊ agamꝰ viriliť p ppl̄o nr̄o et
p vrbibꝰ dei nr̄i. Dn̄s āt qđ in cō
ſpectu ſuo bonū eſt faciat. Perrex
it ergo ioab ⁊ ppl̄s qui cū eo erat
cōtra ſyrꝝ ad preliū ⁊ fugauit eos.
Porro filij āmon videtes ꝙ fugiſ
ſet ſyrus ipſiqȝ fugerunt abiſai
fratrē eiꝰ ⁊ ingreſſi ſūt ciuitatem.
Reuerſuſqȝ ē etiā ioab in ihrl̄m.
Vidēs autē ſyrꝰ ꝙ cecidiſſet corā
iſrl̄: miſit nuncios et adduxit ſy
rum q̄ erat trās fluuiū. Sophat
aūt pnceps milicie adadezer erāt
dux eorꝝ. Qđ cū annūtiatū eēt da
uid: ꝯgregauit vniūſū iſrl̄ ⁊ trāſi
uit iordanē: irruitqȝ in eos et di
rexit ex aduerſo aciē ill̄ cōpug
nantibꝰ. Fugit aūt ſyrus iſrl̄. Et
interfecit dauid de ſyris. ſeptē mi
lia curruū ⁊ q̄draginta milia pedi
tū ⁊ ſophat exercitus pncipē. Vi
dentes autē ſerui adadezer ſe ab
iſrahel eē ſuperatos trāſfugerunt
ad dauid ⁊ ſeruierūt ei. Noluitqȝ
vltrā ſyria auxiliū pbere filijs am
mon. Ca. xx.

Factū eſt āt poſt āni circulū
eo tēpe quo ſolēt reges ad
bella pcedē: ꝯgregauit ioab exer
citū ⁊ robur milicie ⁊ vaſtauit ter
rā filiorꝝ āmon. Perrexitqȝ et ob
ſedit rabba. Porro dauid mane
bat in ihrl̄m q̄n ioab pcuſſit rab
ba ⁊ deſtruxit eā. Tulit autē da
uid coronā melchon de capite eiꝰ
⁊ inuenit in ea auri pondo talētū
et pcioſiſſimas gēmas: fecitqȝ ſi
bi inde dyadema. Manubiaſq̄ qȝ
vrbis plurias tulit. ppl̄m autē q̄
erat in ea eduxit ⁊ fecit ſuper eos
tribulas ⁊ trahas ⁊ ferrata carpē
ta trāſire ita ut diſſecarētur ⁊ cōte
rerētur. Sic fecit dauid cunctis vr
bibꝰ filiorꝝ āmon ⁊ reuerſus ē cū
ōni ppl̄o ſuo in ihrl̄m. Poſt hec
initū eſt bellū in gazer aduerſum
philiſteos in q̄ pcuſſit ſobochai
vſathites ſaphai de genē rapha
im ⁊ hūiliauit eos. Aliud qȝ bellū
geſtū ē adūſus philiſteos ī quo
pcuſſit adeodatus filiꝰ saltꝰ beth
leemites frēm goliath gethei: cuiꝰ
haſte lignū erāt q̄ſi liciatoriū tex
entiū. Sȝ ⁊ aliud bellū accidit in
geth ī quo fuit homo lōgiſſimꝰ
ſenos hn̄s digitos id ē ſimł vigi
tiqtuor q̄ ⁊ ipſe de raphaim fuerāt
ſtirpe gnatꝰ. Hic blaſphēauit iſrl̄
⁊ pcuſſit eū ionathā filiꝰ ſamaa
frīs dauid. Hij ſūt filij rapha in
geth: q̄ ceciderūt in manu dauid
⁊ ſeruorꝝ eiꝰ. Ca. xxi.

Conſurrexit āt ſathā cōtra iſrl̄
⁊ incitauit dauid ut nūera
rē iſrl̄. Dixitqȝ dauid ad ioab ⁊ ad
pncipes ppl̄i. Ite ⁊ nūerate iſrl̄ a
berſabee vſqȝ dan ⁊ afferte m̄ nūe
rū ut ſciā. Rn̄ditqȝ ioab. Augeat
dn̄s ppl̄m ſuū cētuplū ꝙ̄ ſūt. Nō
ne dn̄e mi rex oēs ſui tui ſūt. q̄re
hoc q̄rit dn̄s meꝰ qđ ī pccm̄ reputet
iſrl̄i. Sȝ ſmo regis magis pualu
it. Egreſſuſqȝ eſt ioab ⁊ circuiuit
vniūſum iſrl̄ ⁊ reuſus eſt ihrl̄m

Dedit[q]ꝫ dauid numerū eoꝝ quos
circuierāt ⁊ inuētus eſt oīs nume
rus iſrl̄ millemilia et centūmilia
viroꝝ educētiū gladiū. De iuda
aūt quadringētaſeptuagintami
lia bellatoꝝ. Naz leui ⁊ beniamin
nō numerauit eo ꝙ inuitus exeq̄
ret regis imperiū. Diſplicuit autē
deo qd̄ iuſſum erāt ⁊ percuſſit iſrahel
Dixitq̄ꝫ dauid ad deuz. peccaui ni
mis ut hoc facerez. Obſecro aufer
iniquitatē ſui tui. quia inſipienter egi
Et locutus eſt dn̄s ad gad vidē
tem dauid dicens. Vade ⁊ loq̄re
ad dauid ⁊ dic ei. Hec dicit dn̄s.
Triū tibi optionē do. vnū qd̄ vo
lueris elige ut faciaz tibi. Cūq̄ꝫ ve
niſſet gad ad dauid. dixit ei. Hec
dicit dn̄s. Elige qd̄ volueris Aut
trib⁹ annis peſtilentiā. aut trib⁹
menſib⁹ te fugere hoſtes tuos et
gladiū eoꝝ nō poſſe euadere. aut
trib⁹ dieb⁹ gladiū dn̄i et mortez
verſari in terra Et angelū dn̄i inter
ficere in vniuerſis finib⁹ iſrl̄. Nunc
igitur vide qd̄ rn̄deā ei qui miſit me
Et dixit dauid ad gad. Ex oī parte
me anguſtie ꝑmunt Sed melius
m̄ eſt ut incidā in man⁹ dn̄i quia
multe ſūt miſeracōnes ei⁹ ꝙ̄ i ma
nus hominū. Miſit ḡ dn̄s peſtilē
tiā in iſrahel ⁊ ceciderūt de iſrahel
ſeptuagintamilia viroꝝ. Miſitq̄ꝫ
angelū in ihr̄lm ut perderet eam
Cūq̄ꝫ percuteret. vidit dn̄s ⁊ miſer
tus eſt ſup magnitudinē mali et
imperauit angelo qui percutiebat
Sufficit iaz ceſſet man⁹ tua. Por
ro angelus dn̄i ſtabat iuxta areaz
ornā iebuſei. leuanſq̄ꝫ dauid ocu
los ſuos vidit āgelū dn̄i ſtantē
inter celū ⁊ terrā ⁊ euaginatuz gla
diū in manu ei⁹ ⁊ verſū ↄtra ihe
ruſalez ⁊ ceciderūt tā ipe ꝙ̄ maiores
natu veſtiti cilicijs ꝓni in terraz.
Dixitq̄ꝫ dauid ad deuz. Nōne ego
ſū qui iuſſi ut numeraretur ꝓplus.
Ego qui peccaui. Ego qui malū fe
ci Iſte grex qd̄ ↄmeruit. Dn̄e de⁹
meus vertatur obſecro man⁹ tua ī
me ⁊ in domū pr̄is mei. ꝓplus aūt
tuus nō percutiatur Angel⁹ aūt dn̄i
precepit gad ut diceret dauid ut
aſcenderet extrueretq̄ꝫ altare dn̄o
deo in area ornan iebuſei. Aſcēdit
ḡ dauid iuxta ſmonez gad quez
locutus ei fuerāt ex noīe dn̄i. Por
ro ornan cuz ſuſpexiſſet ⁊ vidiſſet
angelū q̄tuorq̄ꝫ filij ei⁹ cuz eo ab
ſconderūt ſe. Nam eo tpe terebāt
in area triticū. Igitur cum veniret
dauid ad ornan ↄſpexit euz ornā
⁊ ꝓceſſit ei obuiā de area ⁊ adora
uit eū ꝓnus ī terraz. Dixitq̄ꝫ ei da
uid. Da m̄ locū aree tue ut edificē
in ea altare dn̄o ita ut quantū va
let argēti accipias ⁊ ceſſet plaga
a ꝓplo. Dixit aūt ornā ad dauid.
Tolle et faciat dominus me⁹ rex
quodcūq̄ꝫ ei placet. Sed ⁊ boues
do ī holocauſtū et tribulas in ligna
et triticū in ſacrificiū oīa libens
prebebo. Dixitq̄ꝫ ei rex dauid. Neq̄
ꝙ̄ ita fiet. ſꝫ argentū dabo quātū
valet. Neq̄ꝫ enī tibi auferre debeo
et ſic offerre dn̄o holocauſta gra
tuita. Dedit ḡ dauid ornā ꝓ loco
ſiclos auri iuſtiſſimi ponderis ſex
centos ⁊ edificauit ibi altare dn̄o
obtulitq̄ꝫ holocauſta ⁊ pacifica ⁊
īuocauit deū et exaudiuit eum in
igne de celo ſup altare holocauſti
Precepitq̄ꝫ dn̄s angelo ⁊ ↄuertit
gladiū ſuū in vaginā. Protinus

ergo dauid videns ꝙ exaudiſſ; eū
dn̄s in area ornan iebuſei imola
uit ibi victimas. Tabernaculum
autē dn̄i qđ fecerat moyſes in de
ſerto ⁊ altare holocauſtorū ea tē
peſtate erat in excelſo gabaon ⁊
non preualuit dauid ire ad alta
re ut ibi obſecraret deū. Nimio ei
fuerat timore perterritus: videns
gladiū angeli dn̄i. Ca. xxij.

Dixitq; dauid. Hec ē domus
dei ⁊ hoc altare ī holocauſtū
iſrl'. Et precepit ut ꝯgregarētur
oēs pſeliti de terra iſrl ⁊ ꝯſtituit
ex eis latomos ad cedendos lapi
des ⁊ poliēdos ut edificaret' domꝰ
dei. Ferrūtq; plurimū ad clauos
ianuaꝝ ⁊ ad ꝯmiſſuras atq; iun
cturas ꝑparauit dauid ⁊ eris pōdꝰ
innumerabile. Ligna q; cedrina
nō poterant eſtimari q̄ ſydonij ⁊
tyrij deportauerūt ad dauid. Et
dixit dauid. Salomō filiꝰ meꝰ pu
er paruulꝰ eſt ⁊ delicatus. Domꝰ
aūt quā edificare volo dn̄o talis
eē dꝫ ut in cūctis regionibꝰ noiet'
Preparabo ergo ei neceſſaria. Et ob
hanc cauſā ante mortē ſuam om
nes preparauit impēſas. Vocauit
q; ſalomonē filiū ſuum ⁊ ꝑcepit
ei ut edificaret domū dn̄o deo iſrl'
Dixitq; dauid ad ſalomōem. Fi
li mi voluntatis mee fuit ut edifica
rem domū nomini dn̄i dei mei. ſed
factꝰ eſt ſermo dn̄i ad me dicēs.
Multū ſanguinē effudiſti ⁊ pluri
ma bella bellaſti nō poteris edifi
care domū noī meo tanto effuſo
ſāguine corā me. Filiꝰ qui naſcet'
tibi erit vir quietiſſimꝰ. Faciam
eñ eū requieſcē ab omnibꝰ inimi
cis ſuis ꝑ circuitū ⁊ ob hanc cau
ſam pacificus vocabit' ⁊ pacē ⁊
ociū dabo in iſrl' cunctis diebus
eius. Ipſe edificabit domū nomi
ni meo ⁊ ipſe erit mihi in filiū ⁊
ego ero illi ī patrē: firmaboq; ſoli
um regni eius ſup iſrahel in eter
nū. Nunc ergo fili mi ſit dn̄s tecū
⁊ pſperare ⁊ edifica domū domīo
deo tuo ſicut locutus ē de te. Det
q; tibi dn̄s prudētiam ⁊ ſenſu; ut
regere poſſis iſrl' ⁊ cuſtodire legē
dn̄i dei tui. Tunc enī pficere pote
ris ſi cuſtodieris mādata ⁊ iudi
cia que ꝑcepit dn̄s moyſi ut do
cere iſrahel. Confortare ⁊ viriliter
age ne timeas neq; paueas. Ecce
ego in pauptate mea preparaui im
pēſas domꝰ domini auri talēta cen
tum milia ⁊ argēti mille milia ta
lentoꝝ. eris vero ⁊ ferri nō ē pon
dꝰ. vincitur enī numerꝰ magnitu
dine. Ligna ⁊ lapides preparaui ad
vniuerſa īpendia. Habes q; pluri
mos artifices. latomos ⁊ cemēta
rios. artificeſq; lignoꝝ ⁊ omniū
artiū: ad faciendū opꝰ prudētiſſi
mos. in auro ⁊ argento ⁊ ere ⁊ fer
ro cuius nō eſt nūerꝰ. Surge igi
tur ⁊ fac ⁊ erit dn̄s tecū. Precepit
q; dauid cūctis pñcipibꝰ iſrl'. ut
adiuuarēt ſalomonē filiū ſuum:
cernitis inq̄ens ꝙ dn̄s deus vr̄ vo
biſcū ſit ⁊ dederit vob' requiem ꝑ cir
cuitū ⁊ tradiderit oēs inimicos ve
ſtros ī manꝰ vr̄as ⁊ ſbiecta ſit ter
ra corā dn̄o ⁊ corā pp'lo eiꝰ. Prebe
te igr̄ corda vr̄a ⁊ aīas vr̄as ut q̄
ratis dn̄m deū vr̄m ⁊ ꝯſurgite et
edificate ſcīuariū dn̄o deo ut intro
ducat' archa federis dn̄i ⁊ vaſa do
mino ꝯſecrāta ī domū q̄ edificatur
nomini domini. Ca. xxiij.

Igitur dauid ſenex ⁊ plenus dierũ
regẽ cõſtituit ſalomonẽ filiũ ſuũ
ſup iſrł ⁊ ꝯgregauit oẽs pncipes
iſrł et ſacerdotes atq; leuitas. Nu
merati q; ſũt leuite a viginti ãnis
⁊ ſupra ⁊ inuẽta ſũt triginta octo
milia viroꝝ. Ex hijs electi ſunt et
diſtributi in miniſteriũ dom9 dñi
viginti quatuor milia. prepoſitoꝝ
aũt ⁊ iudicũ ſex milia. Porro qua
tuor milia ianitores ⁊ totidẽ pſaltes
canentes dño i organis que fece
rat ad canendũ ⁊ diſtribuit eos
dauid p vices filioꝝ leui gerſom
videlicz ⁊ caath ⁊ merãri. Filij ger
ſõ leedan ⁊ ſemei. Filij leedan pñ
cipes iehiel ⁊ iethan ⁊ iohel tres
Filij ſemei ſalomith ⁊ ozihel et a
ran tres. Iſti pncipes familiaꝝ le
edã. Porro filij ſemei leeth ⁊ ziza
⁊ yaus et baria. Iſti filij ſemei q̃
tuor. Erat aũt leeth prior ziza ſecũ
dus. Porro yaus ⁊ baria nõ ha
buerũt plurimos filios Et idcirco
in vna familia vnaq; domo ꝯpu
tati ſunt. Filij caath amraz ⁊ yſa
ar hebron ⁊ ozihel quatuor. Filij
amraz aaron ⁊ moyſes. Separa
tuſq; ẽ aaron ut miniſtraret in ſã
ctaſcõꝝ ipſe ⁊ filij ei9 in ſempitnũ
⁊ adoleret incenſũ dño ſcdm rituz
ſuuz ac bñdiceret nomini ei9 in p
petuum. Moyſiſq; hominis dei filij
ãnumerati ſũt in tribu leui. Filij
moyſi gerſom ⁊ eliezer. Filij ger
ſom ſubuhel pm9. Fuerũt autem
filij eliezer roobia pm9 ⁊ nõ erãt
eliezer filij alij. Porro filij roobia
multiplicati ſunt nimis. Filij yſa
ar ſalomith pmus. Filij hebron
ieriau pmus. amarias ſecũdus.
iazihel tertius. iecmaan quart9
Filij ozihel micha pmus. ieſia ſe
cũdus. Filij merari mooli ⁊ muſi
Filij mooli eleaſar ⁊ cis. Mortu9
ẽ aũt eleaſar et nõ habuit filios
ſed filias. acceperũtq; eas filij cis
frẽs eaꝝ. Filij muſi mooli ⁊ eder
⁊ ierimuth tres. Hij filij leui in co
gnacõibus ⁊ familijs ſuis pnci
pes p vices ⁊ nũerũ capitũ ſingu
loꝝ qui faciebant opa miniſterij
domus dñi a viginti annis ⁊ ſup
Dixit enĩ dauid. Requiẽ dedit do
min9 deus iſrł ꝓplo ſuo ⁊ habita
tionẽ ihrłm vſq; ineternũ. nec erit
officij leuitaꝝ ut vltra portẽt tab
naculũ ⁊ omĩa vaſa eius ad mini
ſtrandũ Iuxta precepta q; dauid
nouiſſima ſupputabit numer9 fi
lioꝝ leui a viginti annis ⁊ ſupra
⁊ erunt ſub manu filioꝝ aaron ĩ
cultũ domus dñi in veſtibulł ⁊ in
exedris ⁊ in loco purificacõis ⁊
in ſanctuario ⁊ in vniũſis opib9
miniſterij templi dñi. Sacerdotes
aũt ſup panes ꝓpoſicõnis ⁊ ad ſi
mile ſacrificiũ ad lagana ⁊ azima
⁊ ſartaginẽ ⁊ ad torrendũ et ſup
oẽ pond9 atq; menſurã Leuite ve
ro ut ſtent mane ad cõfitendũ ⁊
canendũ dño. ſimiliterq; ad veſpaz
tã in oblacõem holocauſtoꝝ dñi
q̃ in ſabbatis ⁊ kalendis ⁊ ſollẽ
nitatib9 reliquis iuxta numeꝝ et
cerimonias vniuſcuiuſq; rei iugi
ter corã dño ⁊ cuſtodiant obſua
tiones tabnaculi federis et ritũ ſã
ctuarij ⁊ obſuacõez filioꝝ aaron
fratrum ſuorum ut miniſtrent in
domo domini. Ca. xxiiij.

Porro filijs aaron hee pꝛtici
ones erant. Filij aaron na
dab ⁊ abiu ⁊ eleaſar ⁊ ythamar

Mortui ſũt ãt nadab ⁊ abiu ãte
p̄rem ſuũ abſq; liberis: ſacerdo cõ
q; fũct⁹ ẽ eleazar ⁊ ythamar. Et
diuiſit eos dauid id ẽ ſadoch de
filijs eleazar ⁊ ahimelech de filijs
ythamar ſm vices ſuas ⁊ miſte
rium: inuentiq; ſũt multo plures
filij eleazar in p̄ncipib⁹ viris q̃ fi
lij ythamar. Diuiſit autẽ eis hoc
eſt filijs eleazar p̄ncipes ſedecĩ et
filijs ythamar p familias et do
mos ſuas octo. Porro diuiſit vtrũſ
q; inter ſe ⁊ familias ſortib⁹ Erãt
enĩ p̄ncipes ſcĩuarij et p̄ncipes
dom⁹ dei: tã de filijs eleazar q̃ de fi
lijs ythamar. Deſcripſitq; eos ſe
meias fili⁹ nathanael ſcriba leui
tes. corã rege ⁊ p̄ncipib; ⁊ ſadoch
ſacerdote et ahimelech filio abia
thar p̄ncipibus q; familiar ſacerdota
liũ ⁊ leuitarũ vnã domũ q̃ ceteris
p̄erat eleazar ⁊ alterã domũ q̃ ſb
ſe habebat ceteros ythamar. Ex
iuit autẽ ſors p̄ma ioiarib. ſecun
da iedeie. tercia harim. quarta ſeo
rin. q̃nta melchia. ſexta maimna
ſeptima acchos. octaua abia. no
na ieſu. decima ſechemia vndecĩa
eliaſib. duodecima iacim. tredecĩa
hoppha. decimaq̃rta iſbaal. decĩa
quita belga. decimaſexta emmer.
decimaſeptĩa ezir. decimaoctaua
aphſes. decimanona apheceia.
viceſima ezechiel. viceſimap̄ma
iachin. viceſiãſecũda gamul. vi
ceſiãtercia dalaiau. viceſiãq̃rta
maziau. Hee vices eorũ ſm miſte
ria ſua ut ingrediãtur domũ dñi ⁊
iuxta ritũ ſuũ ſb manu aaron p̄ris
eorũ ſicut p̄ceperat dñs de⁹ iſrl. Por
ro filiorũ leui q̃ reliqui fuerãt de fi
lijs amram erat ſubahel: ⁊ de filijs
ſubahel iedeia. De filijs q; roobie
p̄nceps ieſias. Yſaaris vero fili
us ſalemoth: fili⁹ q; ſalemoth ia
nadiath fili⁹ q; ei⁹ ieriau p̄mus.
amarias ſecund⁹. iazihel terti⁹. ie
chmoã q̃rtus. Fili⁹ ozihel micha.
filius micha ſamir. Fr̃ micha
ieſia. filiuſq; ieſie zacharias. Filij
merari: mooli ⁊ muſi. Fili⁹ oziau
benon. filius q; merari oziau ⁊ ſo
em ⁊ ſachur ⁊ hebri. Porro moo
li filius eleazar: q̃ nõ hẽbat libe
ros. Filius vero cis ieramihel. Fi
lij muſi: mooli eder ⁊ ierimoth.
Iſti filij leui ſcdm domos familia
rũ ſuarũ. Miſeruntq; ⁊ ipſi ſortes cõ
tra fr̃es ſuos: filios aaron coram
dauid rege ⁊ ſadoch ⁊ ahĩelech
⁊ p̄ncipib⁹ familiarũ ſacerdotali
um ⁊ leuiticarũ tã maiores q̃ mi
nores õnes ſors eq̃lit̃ diuidebat
Igitur dauid ⁊ magi ¶ Ca. xxv.
ſtrat⁹ exercit⁹ ſegregauerũt i mi
niſteriũ filios aſaph ⁊ heman ⁊ ydi
thũ: q̃ p̄pharẽt i citharis ⁊ pſalte
rijs ⁊ cĩbal̃ ſm nũerũ ſuũ dedica
to ſibi officiõ ſeruiẽtes. De filijs a
ſaph zachur ⁊ ioſeph ⁊ nathaia
⁊ aſarela. filij aſaph ſb manu a
ſaph p̄phetãtes iuxta regẽ. Porro
ydithũ: godolias ſori ieſeias ⁊ ſa
bias ⁊ mathathias ſex ſb mãu
p̄ris ſui ydithũ: q̃ i cithara p̄pha
bat ſup ↄfitẽtes ⁊ laudãtes dñm
Hemã q; filij heman: bocciau ma
thamu ozihel ſbuhel ⁊ ierimoth
anãias. anãi. eliatha. gr ldelthi ⁊
romethiezer ⁊ ieſbaccaſa. mello
thi. othir. mozioth. Oẽs iſti filij
hemã vidẽtes regis in ſmõib; dei
ut exaltaẽt cornu. Deditq; de⁹ he
man filios q̃tuordecĩ ⁊ filias tres

Vniuerſi ſub manu pr̄is ſui ad can
tandū ī tēplo dn̄i diſtributi erāt
in cimbal' ⁊ pſalterijs ⁊ citharis
in miniſteria domꝰ dn̄i iuxta regē
aſaph videlicet ⁊ ydithun ⁊ he
man. Fuit aūt numerꝰ eoꝝ cum
fratribꝰ ſuis qui erudiebant can
ticū dn̄i cūcti doctores ducēti octo
gintaocto. Miſerūtq̧ ſortes ꝑ vi
ces ſuas ex equo tā maior ꝗ̄ mi
nor doctus pariť ⁊ indoctus. Egreſ
ſaq̧ ē ſors ꝓma ioſeph qui erat
de aſaph. ſecūda godolie ipſi ⁊ fi
lijs eiꝰ ⁊ fratribꝰ eiꝰ duodecī. Tertia
zachur filijs ⁊ fratribꝰ eius duo
decim. quarta yſari filijs et fratri
bus eiꝰ duodecim. qn̄ta nathanie
filijs eiꝰ ⁊ fr̄ibus eius duodecim
Sexta bocciau filijs ⁊ fratribꝰ eiꝰ
duodecim. ſeptima iſreela filijs
⁊ fr̄ibus eius duodecim. octaua
yſaie filijs ⁊ fratribus eiꝰ duode
cim. nona mathanie filijs et fra
tribus eiꝰ duodecim. decīa ſemeie
filijs ⁊ fr̄ibus eius duodecim. vn
decima eſrahel filijs ⁊ fr̄ibus eiꝰ
duodecim. duodecīa aſabie filijs
⁊ fratribus eius duodecim. tertia
decima ſubahel filijs ⁊ fr̄ibus eiꝰ
duodecim. quartadecīa mathatie
filijs ⁊ fr̄ibus eiꝰ duodecim. qn̄ta
decima ierimoth filijs et fr̄ibus
eius duodecī. ſextadecima ananie
filijs ⁊ fratribꝰ eiꝰ duodecim. ſep
timadecima ieſbocaſe filijs et fra
tribus eiꝰ duodecim. octaua decīa
anani filijs et fratribꝰ eius duo
decim. nonadecīa mellothi filijs
⁊ fratribus eiꝰ duodecim. viceſi
ma eliatha filijs ⁊ fr̄ibꝰ eiꝰ duo
decim. viceſimaꝓma othir filijs ⁊
fratribꝫ eius duodecim. viceſima
ſecūda goddolliathi filijs ⁊ fra
tribꝰ eiꝰ duodecim. viceſimater
tia aziud filijs ⁊ fr̄ibꝰ eiꝰ duode
cim. viceſimaquarta romanithie
zer filijs ⁊ fr̄ibꝰ eiꝰ duodecim.

Diuiſiones aūt Ca. xxvi.
ianitorū de choritis meſelle
mia filius chore. de filijs aſaph fi
lij meſellemie. zachaias ꝓmogeni
tus. iadihel ſecundus. zabadias
tertiꝰ. iathanahel quartꝰ. abilaz
qn̄tus. iohannā ſextꝰ. helioenai
ſeptimus. Filij autē obededom. ſe
meias ꝓmogenitus. iozabad ſe
cūdus. ioha tertius. ſachar q̄r
tus. nathanael qn̄tus. amihel ſex
tus. yſachar ſeptimus. phollati
octauꝰ. q2 bn̄dixit illi dn̄s. Seme
ie aūt filio eiꝰ nati ſunt filij prefe
cti familiaꝝ ſuaꝝ. erāt em̄ viri for
tiſſimi. Filij ergo ſemeie othni et ra
phael ⁊ obediel ſabad ⁊ fratres
eiꝰ viri fortiſſimi heliuq̧ et ſama
thias. Om̄es hij de filijs obededō
ipi ⁊ filij et fratres eoꝝ fortiſſimi
ad miniſtrandū ſexagintaduo
de obededom. Porro meſellemie fi
lij ⁊ fratres eoꝝ robuſtiſſimi decē
⁊ octo. De hoſa aūt idest de filijs
merari ſemri pn̄ceps. Non enim
habuerat ꝓmogenitū et idcirco
poſuerat eū pať eius in pn̄cipem
Helchias ſecūdus. tabelias terti
us. zacharias q̄rtus. Om̄es hij fi
lij ⁊ fratres hoſa tredecim. Hij di
uiſi ſunt in ianitores ut ſemꝑ pn̄
cipes cuſtodiaꝝ ſic ⁊ fratres eoꝝ
miniſtrarent in domo dn̄i. Miſſe
ſūt ergo ſortes ex equo ⁊ puis ⁊ ma
gnis ꝑ familias ſuas ī vnāquā
q̧ portarū. Cecidit ergo ſors orienta
lis ſelemie. Porro zacharie filio

eiꝰ viro prudẽtiſſiō ⁊ erudito· ſor
tito obtigit plaga ſeptẽtrionał·
Obededõ vero ⁊ filiꝰ eiꝰ ad auſtrũ
in qua parte domꝰ eãt ſenioꝝ cõ
ciliũ: ſephphima ⁊ hoſa ad occi
dentẽ iuxta portã q̄ ducit ad viaꝫ
aſcẽſionis: cuſtodia cõtrã cuſtodi
am· Ad orientẽ vero leuite ſex et
ad aq̄lonẽ quatuoꝛ ꝑ diẽ: atq̄ ad
meridiẽ ſimilr̃ in die quatuoꝛ et
vbi erat conciliũ bini ⁊ bini· In cel
lulis q̄ꝫ ianitoꝝ ad occidentẽ q̄tu
oꝛ in via: bini q̄ꝫ per cellulas· Hee
ſunt diuiſiões ianitoꝝ filioꝝ cho
re ⁊ merari· Porro achias eãt ſu
ꝑ theſauros domꝰ dñi ⁊ vaſa ſcõ
rum· Filij q̄ꝫ dan filij gerſonni de
ledan pñcipes familiaꝝ: ledan ⁊
gerſõni iehieli· Filij iehieli: zathã
⁊ iohel frẽs eiꝰ ſup theſauros do
mꝰ dñi amramitis yſaaritis ⁊ he
bronitis et hoſihelitis· Subahel
aũt filiꝰ gerſõ filij moyſi ꝑpoſitꝰ
theſauris frat̃ q̄ꝫ eiꝰ eliezer cuiꝰ fili
us raabia ⁊ huiꝰ filius yſaias ⁊
huius filiꝰ ioram· huiꝰ q̄ꝫ filiꝰ ze
chri ⁊ huiꝰ filiꝰ ſelemith· Ipſe ſele
mith et frẽs eius ſup theſauros
ſanctoꝝ que ſanctificauit dauid
rex ⁊ pñcipes familiarũ et tribuni
⁊ cẽturiones ⁊ duces exercitus· de
bellis ⁊ manubijs p̄lioꝝ: q̄ cõſec̃
uerãt ad inſtauracõem et ſuppel
lectilẽ templi dñi· Hec autẽ vniũ
ſa ſanctificauit ſamuhel vidẽs et
ſaul filiꝰ cis: ⁊ abner filiꝰ ner· ⁊ io
ab filiꝰ ſaruie: oẽſq̄ꝫ ſc̃ificauerãt
ea ꝑ manũ ſalemith ⁊ frẽm eiꝰ·
Saraitis vero preerat conenias ⁊
filij eius ad opa foriſecꝰ ſup iſrł
ad docẽdũ ⁊ iudicãdũ eos· Por
ro de hebronitis aſabias ⁊ frẽs eiꝰ
viri fortiſſimi mille ſeptingẽti p̄e
rant iſrłi: trans iordanẽ cõtrã occi
dẽtẽ in cũctis opibꝰ dñi ⁊ in miſte
riũ regis· Hebronitarũ autẽ prin
ceps fuit iheria: ſcḋm faĩlias ⁊ cog̃
tiones eorũ· Quadrageſimo ãno
regni dauid recẽſiti ſunt et inuẽti
ſũt viri fortiſſimi i gaſer galaad:
frẽſq̄ꝫ eiꝰ robuſtiores etatis duo
milia ſeptĩgẽti pñcipes familiaꝝ·
Prepoſuit autẽ eos dauid rex ru
benitis ⁊ gadditis ⁊ dimidie tri
bui manaſſe: i oẽ miſteriuꝫ dei et
regis·

Ca·xxvij·

Filij ãt iſrł ſcḋm nũeꝝ ſuũ pñ
cipes familiaꝝ: tribuni et cẽ
turiones ⁊ p̄fecti q̄ miſtrabant re
gi iux̃ turmas ſuas: ingrediẽtes
⁊ egrediẽtes ꝑ ſingulos mẽſes in
ãno: vigĩtiq̄tuoꝛ milibꝰ ſinguli p̄
erãt· Prie turme in p̄mo mẽſe iſ
boaz p̄erat filiꝰ zabdihel ⁊ ſub eo
vigintiq̄tuoꝛ milia· De filijs pha
res: pñceps cũctoꝝ principũ i ex
ercitu mẽſe prio· Secũdi mẽſis he
bat turmã dudia ahites ⁊ ptꝰ ſe
alt̃ noĩe macelloth q̄ rẽgebat ptẽ
exercitꝰ vigintiq̄tuoꝛ miliuꝫ· Dux
q̄ꝫ turme tertie in menſe tercõ eãt
banaias filiꝰ ioiade ſacerdos: ⁊ i
diuiſiõe ſua vigĩtiq̄tuoꝛ milia Ipſe
eſt banaias fortiſſimꝰ inter trigi
ta ⁊ ſup triginta· Preerat autem
turme ipiꝰ amizadab filiꝰ eiꝰ· Q̃r
tus menſe quarto aſahel frat̃ io
ab ⁊ zabedias filius eius poſt eũ
et in turma eius vigintiquatuoꝛ
milia· Quintus menſe quinto pñ
ceps ſamaoth iezeites: ⁊ i turma
eiꝰ vigintiq̄tuoꝛ milia· Sextꝰ mẽ
ſe ſexto hira filiꝰ acces thecuites
⁊ in turma eiꝰ vigintiq̄tuoꝛ milia

Septimꝰ mēſe ſeptīo helles phal
lonites de filijs ephraim ⁊ in tur
ma eiꝰ vigītiq̄tuoꝛ milia. Octauꝰ
mēſe octauo ſobochai vſathites
de ſtirpe zarai ⁊ in turma eiꝰ vigī
tiquatuoꝛ milia. Nonꝰ menſe no
no abiezer anathotites de filijs ie
min et in turma eiꝰ vigintiq̄tuoꝛ
milia. Decimꝰ menſe decīo marai
⁊ ipſe nethophatites de ſtirpe za
rai ⁊ in turma eiꝰ vigintiquatuoꝛ
milia. Vndecimꝰ mēſe vndecimo
banaias phrathonites de filijs
ephraim ⁊ in turma eiꝰ vigintiq̄
tuoꝛ milia. Duodecimꝰ mēſe duo
decimo holdai nethophatites de
ſtirpe gothoniel et ī turma eiꝰ vi
gintiq̄tuoꝛ milia. Porro tribubꝰ
p̄erāt in iſrahel rubenitis. dux elie
zer filius zechri. ſymeoitis. dux
ſaphatias filius macha leuitis.
aſabias filiꝰ chamuel. aaronitis
ſadoch. iuda heliu frater dauid
yſachā amri filiꝰ michael. zabu
lonitis. ieſmaias filius abdie. ne
ptalitibus. ierimoth filiꝰ ozihel.
filijs ephr̄im. oſee filiꝰ ozazin. di
midie tribui manaſſe. iohel filius
phadie. ⁊ dimidie tribui manaſ
ſe in galaad. iaddo filius zacha
rie. beniamin autē iaſihel filiꝰ ab
ner. dan vero ezrihel filiꝰ ieroam
Hij pn̄cipes filioꝝ iſrahel Noluit
aūt dauid numerare eos a vigin
ti annis inferiꝰ. qꝛ dixerat dn̄s ut
multiplicaret iſrahel q̄ſi ſtellas ce
li. Joab filius ſaruie ceꝑat nume
rare nec ꝯpleuit q̄a ſup hoc ira dei
irruerāt in iſrahel ⁊ idcirco nume
rus eoꝝ qui fuerāt recenſiti nō ē
relatus ī faſtos regis dauid. Su
p theſauros āt regis fuit aſmoth
filiꝰ adihel. Hijs aūt theſauris q̄
erant in vrbibꝰ ⁊ in vicis ⁊ ī tur
ribus preſidebat ionathan filiꝰ
ozie. Operi aūt ruſtico ⁊ agricolis
qui exercebant terrā preerat ezri
filius chelub. vineaꝝqꝫ cultoribꝫ
ſemeias romathites. cellis autē
vinarijs zabdias aphonites. Nā
ſup olineta ⁊ ficeta que erāt in cā
peſtribꝰ balanan gederites. ſuper
apothecas autē olei ioas. Porro
armentis que paſcebant in ſaro
na prepoſitus fuit ſethrai ſaroni
tes ⁊ ſup boues ī vallibꝰ ſaphat
filiꝰ adli. ſup camelos vero vbil
hiſmahelites ⁊ ſup aſinos iadias
meronathites. ſup oueſqꝫ iaziz a
garenꝰ. Om̄es hij pn̄cipes ſubſtā
tie regis dauid. Jonathan autē
patruus dauid ꝯſiliariꝰ vir pru
dens ⁊ lr̄atus ip̄e et iahihel filius
achimoni erant cum filijs regis.
Achitophel etiā ꝯſiliarius regis
⁊ chuſi arachites amicus regis.
Poſt achitophel fuit ioiada filiꝰ
banaie ⁊ abiathar. Pn̄ceps aūt
exercitꝰ regis erāt ioab. Ca. xxviij.

Conuocauit igitr̄ dauid oēs
pn̄cipes iſrl̄. duces tribuū ⁊
prepoſitos turmaꝝ qui miniſtra
bant regi. tribunoſqꝫ et centurio
nes ⁊ qui p̄erant ſbſtantie et poſ
ſeſſionibꝰ regis. filioſqꝫ ſuos cū
eunuchis ⁊ potentes et robuſtiſ
ſimos quoſqꝫ in exercitu iheruſa
lem. Cūqꝫ ſurrexiſſet rex ⁊ ſtetiſſet
ait. Audite me fr̄es mei ⁊ populꝰ
meus. Cogitaui ut edificarem do
mū in q̄ requieſceret archa federis
dn̄i et ſcabellū pedū dn̄i dei noſtri
⁊ ad edificandū oīa preparaui. De
us aūt dixit mihi. Nō edificabis

domū nomini meo eo ꝙ ſis vir bel
lator ⁊ ſanguinē fuderis. ſed ele
git dn̄s deꝰ iſrł me de vniuerſa do
mo pr̄is mei: ut eēm rex ſup iſrł i
ſempiternū. De iuda enim elegit
pn̄cipes. Porro de domo iuda do
mū patris mei ⁊ de filijs pr̄is mei
placuit ei ut me eligeret regē ſup
cunctū iſrł. ſ; ⁊ de filijs meis. fili
os ei mihi multos dedit dominꝰ:
elegit ſalomonē filiū meū ut ſede
ret in throno regni dn̄i ſup iſrł:
dixitq; mihi. Salomō filiꝰ tuꝰ edi
ficabit domū meā et atria mea.
Ipſū eni elegi mihi in filiū ⁊ ego
ero ei in pr̄em ⁊ firmabo regnum
eius vſq; in eternū: ſi pſeuerauе
rit facere precepta mea ⁊ iudicia
ſicut ⁊ hodie. Nunc ego corā vni
uerſo cetu iſrł audiente deo nr̄o
cuſtodite ⁊ pquirite cuncta man
data dn̄i dei noſtri ut poſſideatis
terram bonā: ⁊ relinquatis eā; fi
lijs veſtris poſt vos vſq; in ſepit
num. Tu autē ſalomon fili mi ſci
to deum pr̄is tui ⁊ ſerui ei corde p
fecto ⁊ aīo voluntario. Oīa ei
corda ſcrutatur dn̄s ⁊ vniuerſas
mentiū cogitacōes intelligit. Si
queſieris eū inuenies: ſi autē dere
liqueris eū; pjciet te in eternum
Nunc ergo ꝙ elegit te dominꝰ ut
edificares domū ſcīuarij: ꝯforta
re ⁊ perfice. Dedit autē dauid ſa
lomoni filio ſuo deſcripcōem por
ticꝰ ⁊ templi ⁊ cellariorū ⁊ cenacu
li ⁊ cubiculoꝝ in aditis ⁊ domꝰ p
piciacōnis. necnō ⁊ oīm q̄ cogita
uerat atrioꝝ ⁊ exedrarū per circu
itū in theſauros domꝰ domini et i
theſauros ſcōꝝ: diuiſionūq; ſac
dotaliū ⁊ leuiticarū oīa opera do
mꝰ dn̄i ⁊ in vniuerſa vaſa miſte
rij tēpli dn̄i: aurū in pondē per ſin
gula vaſa miſterij: argētiq; pon
dꝰ p vaſorū ⁊ operū diuſitate. ſ;
in candelabra aurea ⁊ ad lucnas
aurū p menſura vniuſcuiuſq; cā
delabri ⁊ lucernarū: ſimilr et i cā
delabra argentea et in lucernas
eorū p diuerſitate mēſure pondꝰ
argenti tradidit. Aurūq; dedit in
menſas ꝓpoſicōnis p diuerſitate
menſarū: ſimiliter ⁊ argentum in
alias menſas argenteas. Ad fu
ſcinulasq; ⁊ fialas ⁊ thuribula
ex auro puriſſimo ⁊ leūculos au
reos p qualitate menſure pondꝰ
diſtribuit in leunculū ⁊ leunculū
ſimilr ⁊ in leones argenteos diū
ſum argenti pondꝰ ſepauit. Alta
ri autē in quo adoletur incenſum.
aurū puriſſimū dedit ⁊ ut ex ipō
fieret ſimilitudo quadrige cheru
bin extēdētium alas ⁊ velantium
archā federis dn̄i. Oīa inqt vene
rūt ſcripta manu dn̄i ad me: ut i
telligerem vniuerſa opā exēpla
ris. Dixitq; dauid ſalomoni filio
ſuo. Viriliter age ⁊ ꝯfortare ⁊ fac
ne timeas ⁊ ne paueas. Dominꝰ
enim deꝰ meꝰ tecum erit ⁊ non di
mittet te nec derelinquet: donec p
ficias ōne opus miniſterij domꝰ
domini. Ecce diuiſiones ſacerdotū
⁊ leuitarū in ōne miniſterium do
mꝰ domini aſſiſtūt tibi ⁊ parati ſūt:
⁊ nouerunt tā pn̄cipes q̄ populꝰ
ōnia precepta tua. Ca. xxix.
Locutus ē dauid rex ad om
nem eccīam. Salomonē fili
um meū vnū elegit dn̄s adhuc
pueꝝ ⁊ tenellū. Opꝰ ei grāde ē. ne
q; ei homini pꝑatur hītacō ſ; do.

Ego ei totis viribꝰ meis p̄epaui
impenſas domꝰ dn̄i dei mei· aurū
ad vaſa aurea ⁊ argentū in argē
tea· es i̅ enea· ferꝝ in ferrea· ligna
ad lignea· lapides onichinos ⁊
quaſi ſtibinos ⁊ diuerſoꝝ coloꝝ
oēmqꝫ pretioſū lapidē ⁊ marmoꝛ
pariū abūdantiſſime Et ſup hec
que obtuli in domū dei mei· de pe
culeo meo auꝝ ⁊ argentū do in tē
plū dei mei· exceptis hijs que pre
paraui in edē ſanctaꝫ tria milia ta
lenta auri de auro ophir Et ſeptē
milia talentoꝝ argēti ꝓbatiſſimi
ad deaurandas pietes templi Et
vbicūqꝫ opus eſt auꝝ de auro et
vbicūqꝫ opus eſt argētū de argē
to· Opa fiant p manꝰ artificū Et
ſi quis ſponte offert impleat ma
nū ſuā hodie et offerat qđ volue
rit dn̄o· Polliciti ſunt itaqꝫ pn̄ci
pes familiaꝝ ⁊ ꝓceres tribuū iſrl̄
tribuniqꝫ ⁊ cēturiones ⁊ pn̄cipes
pn̄cipū poſſeſſionū regis· dederūtqꝫ
i̅ opa domus dn̄i auri talenta qn̄
qꝫmilia ⁊ ſolidos decēmilia· ārgen
ti talenta decēmilia ⁊ eris talenta
decem ⁊ octomilia· ferriqꝫ centum
milia talentoꝝ Et apud quecūqꝫ
inuēti ſūt lapides dederūt in theſau
ros domꝰ dn̄i p manū iehihel ger
ſonitis· Letatuſqꝫ eſt ꝑplus cū vo
ta ſpōte ꝓmitterent· qꝛ corde toto
afferebant ea dn̄o· Sed ⁊ dauid
rex letatus eſt gaudio magno et
bn̄dixit dn̄o coraꝫ vniūſa multi
tudine ⁊ ait· Bn̄dictꝰ es dn̄e deꝰ
iſrahel pr̄is nr̄i ab eterno in etn̄ū
Tua eſt dn̄e magnificentia ⁊ poten
tia ⁊ glīa atqꝫ victoria ⁊ tibi lauſ
Cūcta eñ que in celo ſunt et i̅ ter
ra tua ſunt· Tuū dn̄e regnuꝫ ⁊ tu
es ſup oēs pn̄cipes· Tue diuitie
⁊ tua ē gloria· Tu dn̄aris omniū
In manu tua v̓tus ⁊ potentia· In
manu tua magnitudo ⁊ imperiuꝫ
oīm Nūc igit̄ deꝰ nr̄ ꝯfitemur tibi
⁊ laudamꝰ nomen tuū inclitum
Quis ego ⁊ q̄s ꝑplus meus ut poſ
ſimus hec tibi vniūſa ꝓmittere·
Tua ſūt oīa ⁊ que de manu tua
accepimꝰ dedimus tibi Peregrini
eñ ſumus corā te ⁊ aduene ſicut
oēs pr̄es nr̄i· Dies nr̄i q̄ſi vmbra
ſup terraꝫ et nulla eſt mora· Dn̄e
deꝰ noſter oīs hec copia quā pa
rauimꝰ ut edificaret̄ domus noī
ſancto tuo de manu tua eſt ⁊ tua
ſunt oīa· Scio deus meus qꝛ ꝓbes
corda et ſimplicitatē diligas· vn̄
et ego i̅ ſimplicitate cordis mei le
tus obtuli vniūſa hec et populuꝫ
tuū qui hic reptus eſt vidi cū in
genti gaudio tibi offerre donaīa
Dn̄e deus abrahā et yſaac ⁊ iſrl̄
patꝝ nr̄oꝝ cuſtodi i̅ eternū hāc
voluntatē cordis eoꝝ ⁊ ſemp i̅ ve
neratōeꝫ tui mens iſta pmaneat
Salomoniqꝫ filio meo da coꝛ pfe
ctū ut cuſtodiat mādata tua ⁊ te
ſtimonia tua ⁊ cerimonias tuas
⁊ faciat vniūſa ⁊ edificet edē cuiꝰ
impenſas paui· Precepit aūt da
uid vniūſe eccl̄ie· Bn̄dicite domīo
deo nr̄o Et bn̄dixit oīs eccl̄ia domīo
deo patꝝ ſuoꝝ ⁊ inclinauerunt ſe
⁊ adorauerūt deū ⁊ deinde regem·
Imolaueruntqꝫ victimas dn̄o ⁊
obtulerūt holocauſta die ſequen
ti thauros mille arietes mille ag
nos mille cū libaminibꝫ ſuis ⁊ vni
uſo ritu abūdātiſſime i̅ oēm iſrl̄
Et comederūt ⁊ biberūt corā dn̄o in
die illo cū grandi leticia ⁊ vnxerūt

ſecūdo ſalomonē filiū dauid· Vn
xerūt autē eū dn̄o in principē ⁊ ſa
doch i pontificē· Seditq; ſalomō
ſuper ſoliū dn̄i in regem ꝑ dauid
pr̄e ſuo ⁊ cunctis placuit ⁊ paru
it illi ōnis iſrl̄· Sed ⁊ vniuerſi prī
cipes ⁊ potētes ⁊ cuncti filij regis
dauid dederūt manū ⁊ ſubiecti fu
erūt ſalomōi regi· Magnificauit
ergo dn̄s ſalomonē ſup ōnem iſ
rahel ⁊ dedit illi gloriā regni qua
lem nullus habuit añ eū rex iſrl̄·
Igit̄ dauid filiꝰ yſai r̄gnauit ſup
vniuerſū iſrl̄ ⁊ dies quibꝰ regna
uit ſup iſrl̄ fuerunt quadragita
anni· In hebron regnauit ſeptē
ānis ⁊ in ihrl̄m annis trigintatri
bus: ⁊ mortuꝰ eſt in ſenectute bō
plenꝰ dierꝫ ⁊ diuicijs ⁊ gloria: et
regnauit ſalomō filiꝰ eius ꝑ eo·
Geſta autē regis priora et nouiſ
ſima ſcripta ſūt in libro ſamuhel
vidētis ⁊ i libro nathan ꝓphe at
q; in volumine gad vidētis: vniū
ſiq; regni eiꝰ ⁊ fortitudīs ⁊ tēporū
que tranſierūt ſub eo ſiue in iſrl̄
ſiue i cūctis regnis terrarum·

Explicit liber paralipomenon
pmꝰ· Incipit ſecūdꝰ· Ca·p·

COnfortatꝰ eſt ergo
ſalomō filiꝰ dauid A.
in regno ſuo ⁊ dn̄s
erat cū eo ⁊ magni
ficauit eū in excelſū
Precepitq; ſalomō vniuerſo iſra
heli: tribunis ⁊ cēturioībꝰ ⁊ duci
bꝰ et iudicibꝰ ōnis iſrl̄ ⁊ prīcipi
bus familiarꝫ: et abijt cū vniuer
ſa multitudine in excelſum gaba
on· vbi erat tabnaculum federis
dn̄i qd̄ fecit moyſes famulꝰ dei in
ſolitudīe· Archam autē dei addu
xerat dauid de cariathiarim i lo B.
cum quē prepauerat ei ⁊ vbi fixe
rat illi tabernaculū: hoc eſt i iheru
ſalē· Altareq; eneū qd̄ fabricatus
fuerāt beſeleel filiꝰ vri filij vr vbi
erat corā tabernaculo domī qd̄ et
requiſiuit ſalomon ⁊ ōnis ecc̄ia·
Aſcēditq; ſalomō ad altare eneū
coram tabernaculo federis domī:
⁊ obtulit in eo mille hoſtias· Ecce
autē in ipſa nocte apparuit ei deꝰ
dicens· Poſtula qd̄ vis ut dem ti
bi· Dixitq; ſalomō deo· Tu feciſti C.
cū dauid patre meo miſericordiā
magnā ⁊ cōſtituiſti me regē ꝑ eo·
Nūc ergo dn̄e deus impleatur ſer
mo tuus quē pollicitus es dauid
pr̄i meo· Tu eni me feciſti regem
ſup populū tuum multū: qui tam
innūerabilis eſt ꝙ puluis terre:
Da mihi ſapientiā ⁊ intelligētiā
ut ingrediar ⁊ egrediar corā po
pulo tuo· Quis enim poteſt hunc
populū tuum digne qui tam grā
dis eſt iudicare· Dixit autem deꝰ
ad ſalomonē· Quia hoc magis D.
placuit cordi tuo et non poſtula
ſti diuicias ⁊ ſb̄ſtanciā ⁊ gloriā
neq; aīas eorꝫ qui te oderant· ſ;
nec dies vite plurimos· petiſti au
tem ſapienciam ⁊ ſcienciā ut iu
dicare poſſis populū meum ſuper
quē cōſtitui te regē: ſapientia ⁊ ſci
entia data ſūt tibi· Diuicias autē
⁊ ſb̄ſtanciā ⁊ gloriam dabo tibi
ita ut nullus in regibꝰ nec ante te
nec poſt te fuerit ſimil̄ tui· Venit E.
ergo ſalomō ab excelſo gabaon
in iheruſalē coram tabernaculo fe
deris et regnauit ſuper iſrahel·